

MINERO-LOGIA  
M A G N I  
PRINCIPATUS  
TRANSILVANIAE

SEU  
METALLA, SEMI-METALLA, SULPHU-  
RA, SALIA, LAPIDES, & AQUÆ  
CONSCRIPTA.

JOANNE FRIDVALDSZKY

Societatis JESU Sacerdote.

ANNO SAL. M. DCC. LXVII.



1767

666W

52.423

CLAUDIOPOLI,

Typis Academicis Societatis JESU.

28 JUN 2004

ILLUSTRISSIMO  
DOMINO  
LIBERO BARONI  
ANTONIO  
COTHMANN  
IN SIGNIS ORDINIS SANCTI  
STEPHANI PROTO-REGIS UNGARIAE  
ET  
S. ROMANI IMPERII EQUITI,  
NEC NON  
SACRAE CÆSAREÆ APOSTOLICO-REGIÆ MA-  
JESTATIS  
IN  
CANCELLARIA UNGARICO-AULICA  
CONSLIARIO REFERENDARIO  
FELICITATEM.

# ILLUSTRISSIME DOMINE

## B A R O.



Aro ævi nostri exemplo , quidquid ad literas facit , foves , quidquid impendiorum desideramus cumulate præstas , nec Te negotiorum varietas , quæ Tibi AUGUSTISSIMA nostra , curarum nempe suarum partem usque , & usque delegat , a scientiis avocant. Libri Tibi pro Liberis sunt , & multus in cognoscenda antiquitate dubium facis , an in re numismatica fuperet , quod Te lateat , vel in domestico Numophilacio non præsto sit. Dignus igitur , quia profunde doctus , dexterime providus , felicissime promptus , ut Te AUGUSTISSIMA nostra Secretioribus etiam consiliis adhibeat , nec adhibeat tantum , sed singularis etiam benevolentiae affectum testetur palam , testatura magis , nî oblatas refugeres dignitates , hoc

uno fine , ut Regi, Regnisque consulturus non in splendorum luce conquiescas , sed cumulate suscepitorum laborum prosperitati Temet immoles. Ne tamen Modestiae Tuæ gravis accidam , avitum stemma, Proavosque Tuos, una scuti Tui effigie concludo , quam si Majores Tui , atque imprimis Ernestus (a) intueretur , defluam e scuto crucem suis imponere humeris , pectori deferre gestiret. Fuerit iste ætatis suæ Juris Consultorum peritissimus , Tibi sæculum nostrum grates habet , quod plurimorum Ungariæ Regum numos typis vulgatos exhibueris, istam ego supellecilem aucturus obtuleram gratiis Tuis Numum , qui parte una Regem , altera Paschallem agnum exhibit , quem Belæ IV. esse nîl dubitavi , pro uberiore tamen sententiæ meæ confirmatione opinionem Eruditæ Domini Cornides, Ungariæ numorum apud Dacos ditissimi triplici e fundamento petitam adnexui.

I. Quia Rhodiis militibus Pater suus Andreas II. ex salinis Szalokiensibus quingentas argenti signati marcas annis singulis ipso Paschatis die a Regibus Hungariæ pendendas (b) sub anathemate addixit , quam utique fidem exsolverit filius , cuso , ceu teste hanc in renum numo.

## Thren-

(a) Ernestus Cothmann 1584 Rostochii; Doctor Juris creatus , subiude Ducis Môklenburgici Cancellarius , vulgavit responsa Juris , Disputationes Juris , Comment. in 1. lib. Cod. Disput. Justini in Compendiis gedaetas. Vide Vite. Decad. 1. memor. 1Ct.

(b) P. Schmidt & S. J. Episc. Agr: p. 102. & seqv.

Threnchinium a Bela IV. mirifice excultum esse propalam est , forte Civitatis insigne numo incidi jussit. III- Potuit Ludovici IX. Regis Galliæ , quo cum sibi multa intercessit communio , mouton d' or & argent imitari. His Tu Eruditissime BARO novum plane, atque inauditum reposuisti , nos edocens : Præposituræ Jászoviensi a Rege Bela IV. jus cudendæ monetæ concessum esse, primum igitur fore , ut statuamus , ab hac Præpositura insigne proprium , agnum scilicet Paschalem numo incisum fuisse. Liceat oro , ILLUSTRISSIME DOMINE BARO Tuae , mirificæ antiquitatis eruditioni servire , & e penu quoque mea Diplomatica Tuis gratiis id offerre , quod summos quosque Ungariæ scriptores latuit hucusque ; unam videlicet e conjugibus Belæ III, R. H. Annam fuisse. Diploma , quod indefessos Historicorum nostrorum conatus lusit in apricum educo.

„ Elisabetha DEI Gratia Regina Ungarie Universis  
„ Christi fidelibus præsentem paginam inspecturis salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam  
„ harum serie volumus pervenire. Quod Frater Stephanus Abbas Monasterii S. Margarethe de ( a ) Mezes

§ 3

„ ad

( a ) Cujus ordinis fuerit Abbas , qui Monasterium istud S. Margarethe de Mezes incoluit , non liquet , nemo enim , nec Pazmanus in Appendice , hujus meminere ; rudernm in monte Mezes , qui e Comitatu medio-eri Szolnok in Krasznensem porrigitur obscura admodum exstant vestigia.

„ ad nostram accedens præsentiam nobis humiliter sup.  
„ plicavit , ut quintam partem proventuum tributi de  
„ Ziloh annualem , quam Domina Anna bone memorie  
„ quondam Illustris Regina consors Inclite recordationis  
„ Tertii Regis Ungarie pro anime sue remedio  
„ Monasterio Beate Margarethe de Mezes , & contule-  
„ rat , & postmodum ordinationem seu Donationem ean-  
„ dem , Domina Maria Consors Bele Regis quarti clare  
„ recordationis , licet immutando confirmarat , suo pri-  
„ vilegio , quod ipse Abbas nobis exhibuit mediante ,  
„ eidem Ecclesie Beate Margarethe de Mezes reddere  
„ & restituere dignaremur. Nos igitur prædecessorum ,  
„ nostrorum sacris vestigiis inherentes , considerantesque  
„ nihil tam salubre , tamque pium , quam pro Ecclesiis  
„ Dei provisionem facere , vel saltem easdem in suis  
„ aquisitis juribus conservare , ne in ipsis propter defe-  
„ ctum bonorum temporalium sine quibus spiritualia mi-  
„ nime consistunt , divine laudis organa suspendantur.  
„ Prædictam quintam partem proventuum ipsius tributi  
„ de Ziloh annualem , ob reverentiam & devotionem , quam  
„ erga Beatam Margaretham gerimus , & animæ nostræ  
„ remedium , prædicto monasterio Beate Margarethe  
„ de Mezes ordinationem seu Collationem prefate Do-  
„ mine Anne Regine ratam habentes , gratam , prout  
„ & acceptam restituendam duximus perpetuo , prout  
„ & reddendam volentes , ut presens nostra concessio ,  
„ five

„ sive confirmatio prioris donationis Domine Anne Regi.  
„ ne prefate perpetuum sit monumentum. In cujus rei  
„ testimonium , & perpetuam firmitatem presentes con-  
„ cessimus literas duplicis sigilli nostri munimine robo-  
„ ratas. Datum per manus Venerabilis Patris Thome Dei  
„ Gratia Episcopi Vaciensis Aule nostre Cancellarii , Fi-  
„ delis nostri , Anno Domini Millesimo Ducentesimo octu-  
„ agesimo primo.

Patere jam Illustrissime simul & Eruditissime Domine BARO , ut hac insolita quidem , sed consultissima methodo , immortalitati Nominis Tui opus meum nuncupem ; erunt , qui præcipuam hanc historiæ naturalis partem evolvant , & omnes liberalitatem Tuam grati animi memoria prosequentur. Ego bina præstare possum , similibus nempe Patriam meam conatibus excolere , quibus si Tu Te propitium exhibueris , non deero , assiduis deinde ad aram precibus Omnipotentem pro Tui incolumente fatigare , quod maxima contentione agam , ut REGIS Regnorumque commodis quam diutissime superstes Vivas. Vale

*Clientum infimus*

JOANNES FRIDVALDSZKY

è S. J.

# AD LECTOREM.



Inerologiam scripturo Systema Henrici  
Justi præplacuit , quia simplicissimum.  
Transilvaniæ mineralogiam dатуro Ilia-  
dem exiguae nucis terminis definire necessum erat,  
quia non tam Eruditos ( licet his , si Romania  
cupiunt , inscriptiones ; si Patriæ monumenta ,  
raram Diplomatū notitiam offeram ) quam  
erudiendos adcuravi. Plures singularum specie-  
rum accessiones optas ? superant etiam , & lu-  
bens cedam , dum hoc ariadnei fili ductu tomulum  
alterum elucubres. Cunctis assentiri moraberis ?  
autophiar esse noveris , suscep̄tis ad aurarias itineri-  
bus plurimos cuneos , puteosque perscrutatus sum ,  
quæ tamen explorare nequivi , fidelissimis litera-  
rum commerciis ad me delata , digessi. Denique si-  
quid e scriptoribus in rem meam contuli , fon-  
tes gratus recolo. Utilitati publicæ fœneror , cui  
DOMINUS incrementum largiatur , spes omnium fi-  
nium terræ. Vale.

P A R S



## PARS PRIMA:

Notitia Generalis Magni Principatus Transilvaniæ.

### §. I.

#### Situs & Indoles:

Quantum Transilvania mole sua cæteris Europæ Regnis inferior, tantum exuberante naturæ penu iis præminet, ut adeo mirari desinam ad hunc amplissimarum facultatum Promunturum diverfissimas ex Europa, & Asia nationes confluxisse. Ditio hæc primis Hunnis Terra Ultra-Silvana,

A

Bela

Bela IV. regnante Transilvania vocari cæpta , vernacule olim Erdél , in M. SS. Erdeleu & Erdeel nunc Erdély , nuncupata , (a) plágæ Orientali exposita Elevationis poli Claudiopoli  $46^{\circ} 53' 0''$ , habet conterminam ab Occidente Ungariam , ab Oriente Moldaviam à Meridie Transalpinam Valachiam , à Septentrione minorem Russiam , excurrit in Latitudinem XXX. in longitudinem XXXV. milliariis ungaricis , montibus , Saltibusque coronidis instar circumsepta. (b)

Qua in præaltos montes adsurgit , rupibus , Saxisque præruptis , & vastissimarum arborum proceritate horrida , & inhospita nulli non advenæ metum incutit vel erroris vel frustrationis , qua parte autem in sinuatas collium series procurrat , fertilitate sua planissimis campis cedit nihil , opimamque messem serius licet ,

(a) Vide Script. rerum Ung. in his Chorograph. Transilv: Georgii à Reickerdorff p. 778.. Vitam S. Stephani authore Stiltingo è S. J. p. 3. In articulis Ung. Dicit. Transilvania à reliqua Ungaria passim appellatione partium Transylvanarum , aut Transylvaniensem secernitur , inde namque à subacto per D. Stephanum Iula Duce pars fuit Ungariæ , nullumque insigne sibi propium habuit , sed communi utebatur ad annum usque CICICXII , quo Comitatus Aquilæ , Sicuti Sole , & Luna iSaxones septem suis oppidis distinqui ceperunt.

(b) Daciæ Veteris fines fuere ab Oriente Pontus , ab Occidente & Meridie Danubius , à Septentrione partim Carpatus . partim Tyras fl. qui Niester audit , Diversos ab his Limites Daciæ constituent alii , nempe ab Occasu Tibiscum , à Meridie Danubium usque ad Axium inferioris Mœsiæ oppidum , ab ortu Mœsiam inferiorem . Post devictum à Trajano Decubulum , Dacia tres in Regiones abiit : Ripensem Danubio adsitam , Alpestrem sive Transalpinam , & Coliam , ac Mediteraneam , quæ Transilvania nunc est.

cet, non minus percoquit. Pampineas etiam delicias bene multis in locis ostentat, siquidem vineta quædam copiosas adeo passas uvas ferunt, ut eductum inde vinum secundas Magnatum mensas effusè recreet. Dignum relatu, illustre phœnomenon! botri videlicet uveæ cuticulæ septena ipsa grana auri adnata, & hocce anno 1765. in vineto Mikefalvensi Illustris prosapiaæ Viri Joannis Szeredai inventa, mihique à commilitone meo Dominico Szeredai oblata sunt; quale Vinum, quod vel ab aureo rore suum accipiat robur, vel aureum exsudet rorem!

Summum istud Liberi patris cum Cerere certamen minores illæ provinciæ, quas comitatus dicimus, prædicant, neque illæ, quas Siculas Sedes nominamus, frugum sunt inopes, tametsi prærupta montium juga grande agricolis facestant negotium, & meritò agrorum defectum incolarum frequentia causetur, ubi tamen montana suis discriminantur pratis, segetibusque, illa uberrima pastu, istas fœcundissimas mirarere, tum etiam cum alibi fiticuloso forte cœno marcescunt omnia, vetat nimirum incubantium nebularum, & frequenter in pluvias solutarum humor rarefieri sata; quare nec memoria proditum habemus, æstivis aliquando solis ardoribus ita torrefacta fuisse omnia, ut nulla res œconomica sensisset emolumentum, licet enim eveniat, ut culmus in desideratam non assurgat altitudinem, aristæ tamen granis foetæ ad maturitatem perveniunt. Quod inde fieri autumo, quia rore matutino densissimo copiosissimoque affatim humectantur; nec mirum id videri debet, quid enim ab udosis vallibus, fontibus penè innumeris, perennibus rivis, Lacubus non paucis, plurimis fluminibus præstoleris aliud, quam exhalatio-

nes sitientem agrum recreatas? (c) Si quæ tamen regionis hujus pars injuriam Cœli queritur, non aliam, ac grandinem quæ cum alias, tum anno 1765 magnitudine Ovi gallinacei decidua ingentem campis stragam intulit. Terræ motus, tanquam solis inimicus montibus esset, urbibus procul exulat, & raro pagis vicisque noxius est, testantur istud bini montes, qui ad Passum Vulkan magno assultantes crepitū diffisi in vallem procubuerunt, sed nec infrequens, ut mons Zenoga eosdem limites ambiens, flamas eructet, quas incolæ certum secuturæ luis percorum indicium esse volunt. Majore tamen accolarum simul, & aurariarum damno mons Csertesiensis operis incubans subito ita intumuit, ut loco cedere coactus & vestigia sui palude magna inundans ipsas metallicas operas obruerit, nihilominus reliquæ viciniæ detrimentum nullum intulit; plures alii terræ motus, uti hoc anno in Kiskapus ad Valko, tametsi præcipiti hiatu mons subsederit, terrorem præter, nullius vestigia noxæ reliquerunt, puto in subterraneos specus, quorum multi & immensi visuntur, impetum omnem irruere, indeque laxatis furori habenis, vel erumpere, vel denique spatioſos inter anfractus fedari. Tot inter montana crebris obsepta saltibus, imbris abrupta, grandi mole Saxorum horrida viarum asperitates, & angustiæ sunt pene insuperabiles, curribus certè imperviæ, equis tantum Dacicis emetiendæ, cum primis ubi solum uliginosum crebris imbris subactum est, ibi felicis spes itineris labat omnino; certè  
Dobra

(c) Unde alma liquentes

Humorum guttas Mater cum terra recepit

Fœta parit nitidas fruges, aridusque lœta.

*Lucret. L. 3 de natura rerum*

Dobra ( oppidum est , quod primum Transilvaniam è Banatu petentes excipit ) Devam usque , currui , cui nomen diligence adhæsit , duodecim , & plura juga boum præficiuntur creberrimè , & hæc inter viarum incommoda Cauponam nullam , diversorum nullum honorato viro dignum invenias , invenisti aliquod ? ni tecum commeatum tuleris fessum alioqui corpus , jejunum etiam languebit ; quos tamen pagos Nobilitas incolit , hospitalis est adeò , ut non solum peregrinos hospitio excipere , sed lauto etiam commeatu donare , gaudii gloriæque loco ducat .

Radices montium tanquam ab arte sinuatæ , nullum non seruat herbarum fruticumque genus , atque ubi vallibus amiciuntur , filvestrem , hic , Montanamque Floram regias fixissæ ominareris . Vegetantis istius ciuitatis obiter dæturus , dubito , an in montibus Billak , Vulkan , illo Alba-Carolina horæ spatio diffuso , isto supra Mihelem inter Körös , & Abrud-Banyam exsurgente , singularis aliqua in Europa nasci solita herba non inveniretur , Zinziber , Helleborum utrumque , Dictamnum Chameleonta , Napolium , Lunariam , in singulis horum reperi vulgatum est , quos ego dum aliquando lustrarem , non dubitabam sanè futurum , ut botanices aconomiam , si moras illic agere ubiores licuisset è duorum tantum germinitus non mediocri accensiōne locupletarem . Supparest istis alios esse facile mihi persuadeo , Siculæ colles à tuberibus , quos cervinos fungos appellamus , commendantur Mandragoram montibus erutam in domesticis hortulis a rustica plebe , cura non mediocri ali exploratum habeo , ut jam non immerito montem Hargita ita non nemo celebret ( mous hic Siculis Hargita dictus arvis , & pascuis largè fœcuncus tanta lapberiarum herbarum varietate germinat , ut sua accolæ omnia cibo-

ciborum condimenta , & agrorum alexipharmacæ inde conve-  
hant ) tot, tamque facunda pastu loca nrmefoss mis Tetrapoda-  
rum gregibus frequentantur, quos inter Equi, quod nullis facile  
itineribus lassentur, exteris etiam nationibus præplacent, nempe  
curæ nulli, nullis impendiis parcunt incolæ, ut generosos fu-  
turæ propagini patres nanciscantur, atque imprimis Asieticos,  
vel quod equi Transilvanici scandendis montibus, eorum anfra-  
ctibus emetiendis, & ferendis oneribus, Victui admodum tenui  
assveti, (d) fortes ipsi, generosqne, foetus policeantur, non  
cursu, non oneritus ferendis debilitandos. Lavigeræ turmæ  
id peculiare habent, quod ante festa Natalis Domini e montibus  
cedere non sinantur, tametsi enim herbas nix vel obtegat, vel  
eas frigus enecet, muscus tamen arborum, charum eis pabulum  
affluit, quem congestis arborum truncis pastores copio um legunt,  
ut suas foveant oves, & incolumes tutentur. Lana his densa  
& Crispa, & quo crispa magis, tanto carior, chariorque;  
qua methodo hanc Fogarosienses obtineant, D. Benedictus  
Vörös nunc Veredariorum in Felvintz Magister, mecum commu-  
nicavit, advertunt nimirum ad partus tempora, quæ mensis  
intervallo anteverunt, tum salicum ramos ovibus objiciunt,  
quarum illæ corticibus pastæ foetus crisplos evituntur, unde sacra  
adèò hæc illis arbor est, ut nemo salices adhibeat foco, & non  
sine plurimis controversiis sua custodiant salicta. Præter Cicu-  
res istos quadrupedum greges Uri jubis horridi ( species est syl-  
vestrium boum ) qui ante annum sæculi nostri quadragesimum ad  
Lacum pone acidulas in Gyergyo sitas, ut se ab ardore æstivo  
tutent-

( d) Plin. L. VIII. Hist. Nat. ( Sarmatz, longinqua itinera asturi.  
inedia pridie præparant equos. ).

tutentur, ventitare solebant, stata venatione cædebantur, sed hanc eripuere prædam graffantes venti, qui sylvas Gyergyenses multum demoliti, Uros tutiora quærere coegerunt.

Strata terræ suis per intervalla terrarum lapidumque ordinibus se se plurimum commendant, obviæ certè intercapedes, quas pluviae, & imbre excavarunt, bolaribus terris, vel Tripolitana, creta, gypso, alabastro, asbesto passim turgent adeò, ut etiam sui copiam in ævum duraturam ipondeant; deflui per hæc strata rivuli Chrysolitos, Onyches, & Granatos volvunt. Flumina cum omnia auri feracia quædam ita opulenta sunt, ut Patres nostri posteros ab operosis Cholchidos itineribus soluturi, amnes istos aureos nominare jusserint, hodieque Chrysoi vocentur. Pilicium item fertilissimi, quos inter Barbones, Truttas, Mungiles, Thymalos, videre, edere, per frequens est, si tamen quidpiam œconomiae Mineralis, Vegetantis, animalisque desideretur, illud omne nobilissimi copiosique spes auri sarciret, quamquam nil desideratum iri profitear, dum genti ad naturæ dona investiganda C. Furii non desit industria. (e)

## A 4

## §. II.

(e) Plu. L. VIII. hist. nat. refert: C. Furium Cresinum à servitate liberatum cum parvulo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex amplissimis Vicinitas, in invidia magna fuisse, ceu fruges alienas pelliceret beneficiis, quamobrem à S. P. Albino Curuli die dicta metuens damnationem, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit, & adduxit filiam validam, atque it ait Piso bene curatam, ac vestitam, ferramenta egregie facta, graves ligones, vomeres ponderosos, boves saturos, inquiens: hæc sunt beneficia mea Quirites, nec possum vobis ostendere, aut in forum adducere lubricationes meas, vigilias, & lñdores &c. omnium sententiis absolutus preclarum industria exemplum posteris dedit.

## §. II.

## Compendiaria Topographia.

**T**ransilvania Germanis Sübenbürgen à septem Castris dicta, quæ sunt: (f) Karlsburg, Klausenburg, Sheshburg, Tertzburg, Marburg, Tornburg, Salzburg. Multas alit nationes, Hungaram, Siculam. Saxoniam præcipuas, tum Armeuos, Valachos, Bulgarios, Græcos, & magnam Zingarorum colluviem, de quorum ortu, & progressu vide alios. (g) Ungari Transilvani terram quam incolunt in septem Comitatus disperunt, Albensem, Colosiensem, Hunyadiensem cum valle Haczeg, Tordensem, Küköllö, Doboka, Solnok interius cum Dominio Kóvár. His accedunt Dominium Zarand & Districtus Fogaras. Siculi numerant Septem Sedes, Udvarhely cum Kerecszt-

(f) Philippus Cluverius L. 4. c. 19. inquit: Transilvanie Principatus haud dubie à Septem Oppidorum numero Sübenbürgen dictus est. Reiskü ad Cluverii Geogr. notæ ita habent: Transylvania nomen suum ex aeo barbaro adsumpsit, tanquam quæ trans sylvas jaceat, ita Septem Castrensis etiam ex media state dicitur, à Septem Castris, sive Burgis, urbibusque præcipuis.

(g) Georg. Reikerdorff in Script. Ung. Georgii Krekvicz Princ. Transilv. descriptionem. Samuelem Erich in exodo Hamelensium de Saxonum Transilvanorum origine. Samuel Timon in Imagine Ung. ita habet p. 83. Vero proximum, quosdam nationis Saxonice Parentes immigrasse in Transilvaniam aeo Divi Stephani, quo ipso tempore venerint Sattmarnum, Pestum, Bereftassum, nunquam enim natio Ungarica implevit terram, quam occuparat, alios aliis advenisse certum est.

Keresztur , Barducz , Maros , Csík , cum Gyergyo , & Ká-szony , Sepsi cum Miklósvár , Kézdi , Orbai , Aranyos . Sa-xones incolunt Cibinium , bona Septem Judicum cum Seliſt , & Talmats , Segesvár , Medgyes , Szaszsebes , Nagysink , Uj-egyház sive Löskirchen , Szeredahely , sive Reismark , Köhal-lom , sive Reps , Száz - Város , Districtum Coronentem , & Biſtricz ,

### Loca Minerifera.

Ab auro celebria sunt , Abrug - banya cum Vöröspatak , Kerperes Topanfalva , Bisztra . Ad rivum valle Albe , Bucsum . cis Marusium ad profluentem Gyogy , Nagy - ág seu Szekeremb , tum inter montium se se excipientium seriem , Csertes , Topli-cza , Füzes , Bojcsa , Trsztyan , Herczigan , Gienel , Ruda , Porkora , Nagy almás , Pojána , Staniza , Dupapiatra . &c.

### Ad Fluvium Ampoi Zalathna.

Trans Marnsium à Virgineo auro commendatur Olapja . Ad Chrysium amnem Kérülány . Ad ipsos Daciæ fines , Se-ptentrioni quidem apposita , Rodnavia , Occidenti autem Banffy Hunyad , & Gyalu . Ferrum copiosum Vajda - Hunyad , & To-roczko , Salein Torda , Kolos , Deés , Vizakna , Paraith sufficiunt , de quibus & aliis multò plurimis , quæ imperitia Co-lonorum , vel fortunæ vicissitudinibus altis tenebris consepulta jacent , suis in Locis differant .

Et hæc illa Regio est , quæ fœcundissima parens Antiquitatum audit , hic aquæ ductuum , arcuum trium-

phalium , Fanorum rudera , inscriptiones . Imperatorum , Regum , Coloniarum numi , & cætera id genus vetustatis monumenta paſſim reperiuntur , tanquam olim idcirco terræ mandata fuissent , ut in dies propullulent . Hic rudera Ulpiae Trajanæ , seu Sarmizægetusæ ex valle Haczeg colligit Zamoscius , (h) hic Patroiffæ non obscura vestigia propter Zalathnam vulgus ipsum prædicat , putant nonnulli Dévam Decidavæ , Deschium Dociranæ , Schegesvarum Marcodanæ , Cibinium Ziridanæ , Enyedinum Annio , Bistricium Uplio , Radnam Ruconio Claudiopolim Sextæ Trajanæ successisse . In Colonis præcipuæ erant Ulpia Trajana in solo Sarmizægetusano , Apuleulis ad Albam - Carolinam , Aquarum vivarum ad vicum Arany - Kút , Perenda - seniorum in valle Zalathnæ , & sexta Trajana , quæ Claudiopolis est . (i)

## §. III.

(h) Stephanus Zamoscins ia Analeftis Lapidum ita queritur : (Miriari satis nequeo , dum hæc Dacica scribo , unde fiat his in locis tam insolens rerum domesticarum fastidium , ut hujusmodi reliquias ad nostra tempora velut ex magno naufragio delatas , plerique contemptu potius elevandas , quam memorie mandandas censeant , qui tunc officio bene perfuncti esse censemur , si quam maximè , velut in Eleusinia Sacra jurati taceant , ac tanquam in Elisiiis campis dormientes requiescant , nec quidquam in lucem produnt , quod aliis sit usui )

(i) Vide Philippum Claverium de Dacia p. 370. Item Topographi . Regni Ung. P. Bombardi è S. J. Imaginem Ungar. P. Timon è S. J. aliosque.



## §.   III.

## Systema Montium Mineriferorum.

**T**RANSILVANIAM meditanti , & catenam montium quemadmodum Cardinales mundi plagas respectat , intuenti , ditissimas auriferas opes in seros usque Nepotes duraturas promittunt montes illi , qui ab occidente in Meridiem vergunt , Occidens , qua parte Ultra-silvania est , propaginibus Bihariensium Plai & Geina nuncupatis , aurum Virginum redundantibus superbit , inde Abrug-banyensium juga a multis retro saeculis aurum fundentia , tum Karatz Csebe , Körösz-banyæ aurea penus in Vallem Ruda divitias partitur aureas ita , ut quidquid cis Marusium montium Magura capite Csetras &c. eminet , plerique , vel nunc admodum largè suos ditent colonos , vel certè spes non vanas redditum polliceantur . Quo propius trans Marusium catena ista montium Meridiem consulutat , pretiosiore Metallo viduatur magis . Argentum plumbo maritatum paucas trans Marusium numerat Alpes , ditissimæ ferrariæ Hunyadienes Gillard dictæ , tametsi Orientem situ proprio respiciant , communè tamen ad Coronam montium Transilvaniæ amicentium respectu , Meridiei opponuntur , & uni Marti famulantur . Oriens iterum suas ditat glebas , sed heterogeneis Metallis . Egestarum in Alpe Bucesez , quæ districtus Barcensis est , scoriarum , quas prisci elicabant , operosæ moles hodie visuntur ; nec suis carent mineris , Klabuset , Piatra Krajului , altitudine sua totam Daciam despicientes . Quæ fluvius Bozza & rivi Strimba , Doblen , Bozzael solvuntur , origines suas Rosca , & Piroscă feraces auti testantur ,

tur, & sæpenumero aurilegulos ditant copiosè. Pro explorato habemus ex fluvio Bozza, ubi Valachiam perluit, statutum auri pondus Bukarestium Principi Valachiæ ab aurilegulis deferri debere. Sedes Siculas, grandem in montium visceribus thesaurum fovere, in aprico est, utiuam aliqui Proserpinam hanc è Plutonis regno cripere adlaborent! Rodnavienses accolæ Septentrioni oppositi auri spe multum falsi, Saturni, Luæque angustiis conquiescere coguntur, sed Borace qualem ex India Orientali, Batavi, vel Veneti aucupantur, gloriari possent. Corona igitur montium, quibus Transilvania cingitur, quanta quanta est, Minerifera eë, Occidens in Meridiem declivis. Iuis largior colonis affulget, Orientem non satis compertum habemus, quas priscis temporibus divitias fuderit, Septentrio nunc inter argenti, plumbique divitias varius suos nondum locupletavit. Meridies Cupro Ferroque se se commendat. Quisqnis Metallurgiæ, cumprimis Geometriæ subterraneæ gnorus est, investiget, quomodo hi montes cœl totidem matres Transilvaniam ambientes prolibus cæteris per intervalla provinciarum dispersis Alibus, montibusque suas elargiantur divitias? Cogitent ope Sistematici alicujus, cur Transilvaniæ venuæ ditiores ut plurimum a Septentrione in Meridiem vergant, definiere; cur denique Minerarum Transilvaniæ ductus Metallici inconstantes adeò sint, ut ferè omnes extemporanea congerie, vel glomeraminibus, Scateant, vel sparsis, decussatisque fibris, quæ Flözwerk audiunt, procurant, & in profundum potius dehiscant (Stockwerk) sed non ultra horizontem sensibilem, quam ut in campum Feldort explicitentur, ditant ista quidem operas, sed mox iterum ludendas, & nunquam constantes in venturam ætatem reddituum accessiones adpromittunt.

P A R A.

## §.   IV.

Specifica Locorum Mineriferorum  
indoles.

**S**i terrenum aliquod ab indole Minerarum regnorum eorum, quæ Metalli feracissima esse, aut legimus, aut experti sumus, recessit, Transilvanum est, quin etiam majores ubi spondebant redditus minerat, ibi cognitam hactenus Metallurgis methodum elusere omnino. Quid antiquius unquam fuit Metallurgiæ peritis, (k) quam sperare majores tanto fructus operarum, quanto hæ intimius terræ viscera pererraverint: quot quot autem ad hodiernam ætatem usque divitias Principes Transilvaniæ legendunt, extus horizontem adinventas fuisse docent quot diebus repetitæ fossiones. (l) Da mihi unum montium aliquem, da aliquod puteorum profundum, da priscorum nostrorum conatus, eorumque operosissimas cavationes, nunquam eas subtus verum horizontem descendisse reperies. Fodiuntur enim

(k) Schemnicenium in Ungaria Metalli fodinæ centenis orgiis deprimuntur quæ S. Magdalena dicata est, centum nonaginta octo, quæ S. Leopoldi audit, centum octoginta novem orgiis definiuntur. Decumanus Bello-Banyæ cuniculus 1524. Sub Ludovico Secundo cæptus, ad 1351. orgias metallicas processit. Recensitis istis seu puteis. seu cuniculo superarem fodinam hac ætate in Transilvania nullam scimus.

(l) Horizontem isthic voco, non apparentem, non lineam aliquam horizonti parallelam, sed majorum fluminum in alveo naturali decurrentium superficiem.

enim hodie , montes , putei , concamerationes cædem , quæ à Majoribus nostris metu hostilium incursionum , vel desertæ , vel quacunque ex causa continuari neglectæ sunt , & luculentè satis superque loquuntur , testis ipsa sit Avtopsia , nullas harum , quas Patres nostri , nunc Der alte Mann vocantur , dereliquerunt , subtus horizontem curvari .

Non est meum quærere , quid causæ sit , quod aurum Transilvanum extus horizontem , vel in superficiebus montium stratorumque terræ , vel in ipsis cacuminibus , aut laterrum declivitate , seu crescat , seu à Condito mundo ceperit , seu denique ab universi totius elluvione delatum eò sit , istud tamen exploratum habe , quisquis Daciam lustrare paras , minoribus fatigiis , impendiisque auro te potiturum , cum extus horizontem id quæsieris , ac cum illud improbis puteorum fissionibus , anfractibusque cavare perrexeris , hanc tota Transilvania plurimis , ut infra patebit , experimentis confirmatam notitiam , amnes ipsi , fluviique auriferi commonstrant : unde enim , oro , istos aurum tulisse , dicemus ? Sententia , quæ in ipsis fluviorum alveis aurum crescere affirmat , non eam certitudinem nacta est , ut hanc amplecti cogamur , imò eruditis quibusque illa magis arridet , non opinio , sed propè veritas , aurum in fluvios deferri , cum isti auctis copioso imbre aquis montium intercapedines cuneorum instar pererrant , atque solutis auri ramentis ea secum deferunt , devolvuntque . Quoniam autem omnia ferè per Transilvaniam strata terræ metallica sunt , Ferrum ipsum Toroczkense argento , & auro mixtum esse , comperi , quid prius , ac statuere à copiosis imbris auri particulas abradi , per avia , deviaque rapi , impetu celeritateque torrentium in flumina

mina rivosque deferri, ac ita auriferos amnes, vel constitui, vel certe metallicis iis particulis cumulari, quarum strata pererrarunt. Quid quod Aurilegulis antiquissimum sit, eluvionem præstolari, tum illi calles explicant, & indubitatis prædis applaudunt.

Certissimum felicis culturæ methodum esse ajunt, si vestigia Romanorum der alte manu, dicta reperiant, quorum plurima extus horizontem vidi, cumprimis, quando in ætatem fodinarum inquirenti, & in subterraneas concamerationes industo, atque ostensis ad extimum montis cacumen pertutis foraminibus, reposuissent metallurgi: metire nunc, si potes ætatem fodinarum? Vide sis altissimas Fagos, Pinusque his ipsis increvisse foraminibus, quæ à Romanis cavata fuisse, traditione accepimus. (m) Mos iste non ope cuniculorum, sed mille foraminibus montes eviscerandi hodie Valachis proprius est, siquidem hi Românarum Coloniârum, ut multorum fert opinio, reliquæ identidem occidunt: Noi sentem den senschele Romunilor, priscarum consuetudinum æmuli superstitionissimi. (n) Nequeo veram pertusorum montium effigiem

(m) Metalli fodinas Rodnavie An. 1242. & 1310. jam floruisse legi inferius p. 2. paragr. 36. Apud Ungaros œvo D. Stephani floruisse Metalli-fodinas memorat Balbinus Epitome rerum Bohem. L. 3. c. 1. p. 163. quos ( Polonus nimirum ) iterum Brzecislaus prælio viatos ejicit, captosque maximum eorum numerum, aut Patri in Bohemiam misit, aut ad Metella EFFODIENDA in UNGARIAM vendidit. Hæc autem post annum 1029. evenere. Vide p. 2. paragr. 3. & 5.

(n) Joan. Georg. Gmelini iter per Sibiriam, commentarii Societatis Regiae scientiarum Gottingensis referunt, atque ita in rem meam differunt ( Non

giem aliter proponere , ac si favum mellis contemplandum exhibuero , uti enim istud multò plurimis effictum foraminibus , ita montes , cum primis Kirnik , Igric , Korna , Roscha millenis pertusos cerneret , è quibus non sine maximo horrore proreptare istos , alias ingredi , serpere , remeare alias , habitu asperctuque terribiles ; (Vide Fig. 1. hæc montem Kirnik effigiat foramiuibus puteis , cuneisque parte omni lacerum discriptumque : Vide infra p. 2. §. 5. ) nimiriū sua cuique datur optio colendarum minerarum . Inde fit , ut ubi spes lucri affulget , convolent Valachi , dextrorsum , sinistrorsum , iufernè , superius , putares ad expugnandos demolliendosque montes conglomerati ; sæpe accedit , ut incautam fissionem consequente ruina , intereant , id Abrug - banyæ , id in monte Volkoi evenisse memoria proditum est .

Hic hic , si uspiam alibi Geometrarum (o) subterraneorum fatiscat labor , & ratio veri periclitetur , sit enim aliquis , qui jure antiquo , statutaque sibi indagine montem fodiat , alias eundem parte altera perforans & terminos primi ingressus , repellit aliter

tandem insuper & hoc , quod optimas mineras terra hic loci in superficie exposat , cum è contrario in Germania natura easdem in ipso terra gremio reconditas servaverit , quam differentiam à terra mutationibus in Sibiria non adeo multis factam , aliquomodo auctor deducere videtur ) forte plures ejusmodi mutationes Dacicas recensere possemus .

(o) Celebris nunc Zalathna Geometris gloriatur Emmanuele de Ville , Francisco de' legat , & D. de Bauman , nempe seu exordium , sive progressum colendarum Metalli - fodinarum species , sive utriusque Geometriae subsidiis cultura omnis lababit , atque deficiet .

aliter nequit, n*i* geometra testimonium perhibeat pr*æ*stitutos limites, improbe vel incaute pr*æ*tergressum fuisse, & hæ lites nulla parte anni plures, ac hyeme oriuntur, æstate enim, ruri aveta gens, omnem agriculturæ dicat operam, qua Regi, sibiique consulat cumulatius. Miseranda profecto Geometrarum fors, quando rigente gelu montes adire, digitis gelu constrictis, & obsequium negantibus concamerationes ingredi, & vitam inter mortemque fluctuare coguntur, plerique siquidem putati cuniculique, nec in forniciem pertusi, nec repagulis lignis succolati s

æ

penuero dehiscunt, nunquam certe à periculo ruinæ Ceometras Liberos esse jubent. Novi aliquem qui sex horarum intervallo cum sociis clausus delituit, dum fossores terram illam effoderent, quæ repentino casu iuditium ductus cunealis occluserat.

Si mecum reputem, quid conatus, & industriæ Patres nostri, seu ad perscrutanda, seu effodienda metalla impenderint, miror superesse etiamnum, quod laborum spem non frustretur, dicam lapu temporis steriles glebas metallis gravidari? firmis hæc opinio non careret rationibus, experientia doctus affirmare cogor, in Transsilvania, elutriatam arenam, quæ igne etiam Docymastico oil auri reddebat, cisternis abdi, quas duos, tresve post annos referant., iterum eluunt, non sine auri visibilis accessione, quamquam istud permultis imbribus, vel copiosæ aquarum eluvioni, secum metallicas partes volventibus adscribi posset (p) Auriferi montes steriliores sunt aliis, Abrug-

B

banyen

(p) Tollus Epist. Itin. 5. ubi de Cremonicenium in Ungaria fodi-nis differit, ita habet: Unde Aurum regenerari in antimoniali aurifodina hisce oculis meis vidi, nuac etiam aurum effoditur e terra, quæ in exhaus-tas ante 70 circiter annos venas putrefactis, ac collapsis varis, & vi-

banyenses calvitie sua præstant omnibus, de his idem dici potest, quod Xenophon de Atheniensium argentariis (est terra, in qua si lementem jeceris, non fundit fruges, si vero eam fuderis, multo plures alit, quam si fruges ferret) in multis tamen Pineastros, Betulas, Corylos, vel arbuta juniperorum reperi, quod his, quia exiguis radicibus sunt, exhalationes metallicæ minus obsint. Sinuati, decussatique montes in plurimorum collum series discriminantur, hiatibus nunc hic, nunc alibi profundissimis patuli, quos utique succi fermentantes, vel copiosi imbre cuneorum instar excavavunt, tanquam ipsa natura cultoribus suis thesauros ultro panderet suos, neque enim certius alibi, signum latentis metalli reperias, quam in istorum stratis hiatuum, loturæ, vel periculo docymastico subjectis.

Nebulæ metallicæ ubi densiores insederunt, varios pro metallorum varietate colores æmulantur, & accendentibus eminus undulationem aeris incumbentis illi tractui, & fluctuationem ostendunt, signum non incertum, puteis è latere montis, horizontales cuneos adjungendos esse, ut aer stagnans, & noxiorum halituum damnum, continuo aeris per putem & cuniculum commercio evitari queat, nec tamen omnino evitari potest, licet nil missum faciant, quo minus aerem nocivum, antriis, tympanis, canalibus reparent, exhaustantque. Strata terræ, quemadmodum diversissima sunt, ita ea definire arduum est,

Sa-

biis fodinas sustentantibus; subsederat. Quod si vel Schemnicii, vel Cremnicii, vel Neosolii, egestæ, evacuatæque metallis terræ rursus in fodinis reconderentur, ex quo accurate obstruerentur, haberet sine dubio posteritas perpetuum auri, argenti, & risque thesaurum)

Saxum, Cos, Marmor, Alabastrum, Schistus, Tophus, Ochra, Creta, Bolus &c: passim se se undique offerunt, inter quæ pretiosi lapides, nullo sui apud ignaros accolas pretio delitescunt, adamantes exiguae molis, sed Carpaticis suppares, Granatos, Achates, Onyches legeram, & alterutra sui parte politorum pelluciditatem, duritiem, splendoremque ostentabam, nihil tamen inter omnia terrarum strata tam visu jucundum, frequentissimumque, ac sint Petrefactorum testaceorum species: Conchylia &c. His montes consti sunt adeo, ut totos e similium animalium testis coalitos, esse dices, quare nec mirum tot, tamque diversæ fortis aurum inveniri, erant mihi ipsi mineræ aureæ, quæ Spatho, Schysto, Chrystallo, lapidi Corneo, Quartzo, ochræ, bolo, tanquam armeno, aurum adnatum, obryzum granulatum, Lamellatum, furfuris instar, specie cespitis viride, capillare, fungosum exhibebant, sunt Valachos inter certa fide, mihi relatum est, quibus montium, saltuum, rupiumque aufractus lustrare asuetis.

*- Velut exhausta redivivus pullulet area  
Numus, & e pleno semper tollatur acervo.*

Nempe obryzum illi inter montanas cavitates aurum decerpunt, quod in grana molleculasque redactum auri lustralis coactoribus redimendum offerunt, Omnemque gens ista contentionem exerit, ut montium rupiumque abdita summa qua possit perspicacia exploret, amnes etiam, defluosque rivulos scite adeo scrutatur, tanquam suam Phæbo de trippode scientiam hausisset, tenaci limo, mollique argilla instructi illi vadum sivebunt, & ubi vorticoso motu copiosiorem arenam ege

stam cernunt, nigricantibus molleculis adparatam argillam ita admovent, ut illæ huic adhæreant, tum alias, atque alias ex ordine molleculas, quæ suo nigrore latentis auri suspicionem provocant, colligunt; dum limus ille tenax, quem secum ad legendas has molleculas tulerunt, particulis metallicis undique fartus cumulatusque sit, tali denique onusci præda domum repetunt, & huius ad loturam aptatis limum hanc non contempnenda auri accessione elutriant.

### §. V. Consectaria.

I. **G**uot quot Transilvania mineriferarum venarum ductus ostentat, sunt prorsus instabiles, alii in mediis montibus undantes Schvebend, alii cumulati Stokwerk, alii in glomeramina, nidos, fibrasque horizontales divisi Flözwerk.

II. Universim, & plerumque se se ita dividunt, ut interdum vix lineæ crassitatem æquent. Profundum sed non ultra horizontem sensibilem, potius, quam Campum feld ort respectant, seu quod antiquorum egerendæ congeriei fossores intendant, seu quod undantes venæ, & glomeramina istud præpediant.

III. Nunquam illis parva spes fructus affulget, qui intervenia klufften dicta durchschrotē in partes persequuntur.

IV. Plurima terræ strata illæ sunt, quæ nec orgyæ magnitudine fossa, fibras aureas exhibent, Flözwerk, & his insudare consultius est. quam adita montium per inconstantes venas scrutari.

V. Hic omnia fere lapidem propriam quasi metallorum Matricem fingere, unde fit, ut aurum nativum in Mineris metallicis Mercurialibus, Arsenicalibus, Antimonialibus, Silice Corneo, Marmore, Spatho, Quarzo, Schisto, terris balaribus peræpe deprehendas Vide Part. 6. §. 2

VI. Ipsi lapidi, daub dicto, tanquam omne aurum negaret, nativum frequenter inesse aurum, manifesto deprehensum, & compertum est.

VII. Reliquias antiquorum non esse temnendas experientia docet, tametsi enim meliores thesauros effoderint, sed Venas à principali derivatas posteris elaborandas reliquerunt, quæ si cum principali situm parallellum habeant, Venæ principi, virtute sua cedent nihil.

VIII. Nulla fere terræ strata, fontium arenas nullas prætereundas esse, quin istæ periculo, vel elutriationis, vel Docymasiæ subjiciantur, ubi enimvero minime reberis, in obryzi auri granula, vel pretiosorum lapidum congeriem, vel in eas fossilium species offendes, quarum genesin meditatione tua vix tandem exhauries.

IX. Sæpe numero mecum agitabam, quæ sit causa tumorum, convulsionumque, tandem in speciem lepræ desinentium, quibus miferi illi accolæ afflictantur, qui nondum affueti humillimis, terræque contiguis gazis, eas tamen inhabitare coguntur? non aliam esse censeo, ac exhalationes minerales

cumprimis mercuriales, hydrargiri enim vestigia inter terræ nigrantis congesta, absque sui minera, cum certe multis in locis, tum Claudiopoli, & Carolinæ, terra vix quinque pedum altitudine effossa, occurrisse, propriis dñici expertis.

X. Fructum nunquam majorem colendarum auriarum sentiet Transilvania. ac dum omnes illi, quorum interest, nulli pepercerint industria, ut, Urburariis, vel coalitis de plebe sodalitis nil eorum desit, quorum defectu a cæpta metallofodinaturæ cultura desistere cogantur. Quantum istas ex stimularet sodalitates ad gnaviter incumbendum in operas, si Hydrophilaciis, receptaculisque aquarum, molis tuloriis, cu neisque instauratis, laborum fructus secura spe precipere posse nec subverendum esset, tanquam contractis nominibus exolucionis non forent, id enim opportune tunc fieret, quando auri coactoribus aurum redimendum offerunt; tum enim proportione seu æris contracti, seu ipsius lucri iniuria, pendere illi volent alacriter, quidquid faceret, ut se se ære omni paulatim liberarent.

XI. Forstæ unus aliquis divitias istas avarissima quorumvis vota superaturas in dubium vocabit? siquidem vulgus omne a fortunæ bonis imparatum est omnino; sed nunquid ideo veritati dissonum fuerit, montes Dacicos auro turgere, terrarum strata fibris aureis in horizontem procurrentibus discriminari, fluvios auri volvere ramenta, quando istud in momenta experimus simul, & admiramur. Piebi nil antiquius est, quam diem ex die persisturis vitæ alimentis consulere, nil pensi habet illa, ut nepotibus foeneret, rata tum secum optime agi, quando statu in

in annos singulos vectigalia ita conferre valet, ut rei familiaris angustiis prematur quidem, non tamen opprimatur, præterea quam putamus, auri molem unius hyemis intervallo (aestate namque ruri vacant) patrum familias aliquis tandem egeret? non omnes montium anfractus eadem fors manet, obryzum hos, illos latens, & copiosa demum elutriatione conspicendum aurum citavit, gleba mollis alius, compluribus aperimata Saxa se te miscuerunt, hic defluæ in puteos aquæ, cæpta morantur, illic rigido gelu constricti, vel nimio foliis ardore siccati torrentes operas omnes, quæ partem maximum lotura confidunt, vel retardant, vel dissolvunt. Inter has, tamque varias impeditiones autumabimus fore, ut plebs, aut coalita e plebe sodalitas lacus non fruere, sed sarcire arte factos, copia nitrati pulveris saxa effringere, tuscrias cumulare incas, suos in dies parti mercenarios queat? at poterit Regium ærarium his omnibus mederi, cur igitur istud priscos Daciæ theiauros, quos seu auditione accepimus, seu quorum spectamus vestigia, nondum exæquavit? ita nempe: suas natura, elementisque leges præstituemus. Quod si autem benigna prorsus natura parens, suas nobis explicet opes, mentem animumque in longam retro ætam convertans, & ad plurimas hominum myriades, vellen-dis mineris operam dantes advertamus, quot milleæ mortalium turmæ ad effodienda metalla olim damnatae sunt? Rodniam certe quadraginta millium metallicorum cæde a Tartaris An. 1242. defædatam legimus, (q) jam subdœcis calculis, feliora nostra prædicemus tempora oportuerit, quibus paucò licet mercenario-rum numero, grandes auri divitias legimus



## P A R S II.

### De Metallis

**M**etallum, *voco*, Corpus, fossile, ponderosum, fixum, ductile, ad fusionem per se aptum. Talia sunt aurum, argentum, cuprum, ferrum, stannum, plumbum. Semi-metallum est, corpus specificæ quidem gravitatis, sed volatile, & vel igni resistere, vel malleari nequit, idcirco semi-metalla sunt Mercurius, Antimonium, Vismutum, Zinkium, Arsenicum.

Recens est, quod novam metalli speciem in America dexterint, prope Rio di Pinto foditur metallum Platina dictum, quod albo-cærulefcentis coloris purissimum, ponderosissimum, nullo e vulgaribus igne fundi potest, nisi ei antimonium, vel arsenicum addatur, cupellam docymasticam sustinet, in Aqua Regis

Regis solvitur, diversos tamen hæc, ab auri solutione colores exhibet, optimam istud metallum præberet materiem speculis cata-dioptricis, quia nullum a vaporibus dampnum pateretur, densum præterea, duriusque auro corpus ad radios luminois reflectendos aptissimum esset; si auro certa portione misceatur, illud neque de pondere, neque de colore quidquam amittit & hæc miscela experimentis vulgaribus detegi nequit.

Generationem metallorum quis enarrabit? horum compositionis principia quot quot innotuerunt, jure in controversiam vocata sunt, definienda iis cedo, quibus plus otii fuerit, me singularia delectant, e quibus aliquod forte lumen affulgebit, an mollia tunc fuerint saxa; quando generatio metallorum fierbat, vel an hæc aquis, & humoris, fermentantiumque salium subterraneis incurvis evenerit. Eruditissimorum tamen Elleri & Henrici de Justi systemata forte conciliare possem. Cl. de Justi calore, & aqua omnes procreationes metallorum perfici afferit. Ellerus præterea terram vitrescibilem & sulphuream necessarias esse adstruit, sed uterque fermentationem ab heterogeneis repetunt corporibus, quam utique acidum- Vitrioli, & Salia marina in aquis contenta cum bituminosa, & sulphurea terra, promovoent, unde vapores exoriri necessum est, qui inter cryptas cavernasque, tractu temporis condensantur, & mollem terram deprehendentes, materiam formationi mineralium aptam, sive Embryonem metallicum exhibent. Vide Henr. Justi de Fossilibus. Comm. Acad. Götting. Volum 5. & 7.

§. I.  
De Auro.

**P**roposito meo) satisfacturus, aurum in tres classes divido, in prima de auro, si ita fas est loqui, Vegetante, in secunda de auro nudo petrarum, obryzoque, in tertia de auro e flui viis, rorisqne elui solito agam.

Primum illud est auri genus, quod subinde in vitibus, vel granis uvarum concrescit, saepe guttarum instar, saepe in modum clavicularum, virgularum, filamentorum palum, cui vites alligari solent, scandentium. Putabam hoc naturae phœnomenon soli Ungariae proprium esse, videre enim mihi datum est, in Augustissimo Domus Austriacæ Cymeliarchio virgam auream e montibus Tokaj erutam, viti adnatam implexamque, longam, si distendatur, facile unius, & medii pedum, sed non tam infrequens hoc est naturae miraculum, ut Regum tantum Principumque cymelia ornare debeat; Poliater Eperjesiensis Henricus de Frankenstein possedit aliquot botros, & acinos circa Tokajum inventos auri granis circumvestitos. Joannes Becher Metall. I. p. 1. ait in Tokajensi tractu videri non raro aurum ex terra instar funiculi modo rotundi, modo angularis cum trunco enasci, scite adeo, ut videatur simul progerminasse, imo instar convolvuli bonam trunci partem amplecti, cuius testem saepius oculatum fuisse affirmat, & hoc ibi maxime accidere, ubi terra Tokajensis alexipharmacæ, quæ in se auri sulphur copiosum continet, eruitur. Idem narrat: Nobili viro Valpataki fuisse Visitorem, qui dum aliquando lassus a labore

in vinea federet, forte consperzerit e terra exsurgentem materiam flavam, eandem amovere tentat, advertit altius humi radices egisse, & solo firmissime adhaerere, donec tandem ligonis ope percussa, excusque hac materia dentem quasi aureum extraheret, aliquoties aureum istud, germen rusticus legebat, donec cum Nobili, & tandem cum Principe super jure possidendæ vineæ lis exoriretur. Prolequitur idem: a rustico, dum aratro terram vertit, simul aliquot ulnas aurei filii extractas ex terra fuisse, quitus dum ligna in Urbem Eperjels veheret jugum bonum seu funiculo alligavit, cum autem prope aurifabri fores ligna venditaret, & hic aurum cognoscet, exquisitæ originis, parvo istud redeuerat, acceptæ, sed vanæ prærisorum spe, plures ejus notæ funiculos se adlaturum: Joannes Paterionus in miscellaneis curiosis resert, Vice-Comitem Comitatus Zemplinensis cognomine Laczko A. 1660 uvas complures his in montibus reperiisse granis aureis turgidas; idem in literis ad Sachslum hæc: Generosa Domina Zemerina in digito gestabat filum aureum annuli instar contortum, quod ex rapa enatum affirmavit. Rusticus item Aurifabro nostrati vendidit circulos quinque aureos exacte formatos, in rivuli fabulo prope Bartpham inventos, filum erat satis crassum pendens aureos triginta. Vide Henmuni annotationes ad Epistolas Tollii, ubi de his plura. In monte Tlssza Comitatus Turocensis ancillam, dum pecori suo granum deferret, virgulam atri demessuisse, hodie memorant incolæ. Marsilius in opere Historiæ Danubii non dubitavit de monte Borova Veterefolio adhuc commentationem edere, plane persuasus, si non annis singulis saltē creberrime hic aurum vegetans germinare, nec immerito, si enim instituti mei esset de charissima mihi patria Historiam naturalem texere,

adji-

adjicerem dissertationi Mariglii complura , quæ mihi totidem causæ videntur esse , cur aurum istud Veterosoliensibus vegetet.

Verum nec istud phœnomenon patitur , profuse libera in Transilvaniam natura , desiderari , sunt mihi , uti supra memini , grana aurea uvæ adnata , in Vineto Mikefalvæ lecta . Samuel Kôleserius in Auraria Romano Dacia ( author hic pene totus est in referendis antiquitatis Romanæ documentis , ut adeo eruditum venerer , metallurgum fuisse negem ) pag. 59. ita habet : in fœneto Órményesiensi ab Excellentissimo , dum viveret Transilvaniæ Gubernatore comite Georgio Bánffy , territorii Possessore , relatum æque recordor , inventum fuisse filamentum aureum frutici intextum , cuius pars medianam ulnam superabat pag. 60: guttas tres guttis docymasticis similes super extima uvæ cute apud præfatum Excell. Gubernatorem Albæ 1701. ex proprio vineto allatas contemplatus sum complures esse novi , qui guttas istas aureas propaginem esse sulphuris , succi , Naphtæ dictitant , his dictum esto , me igne potentissimo guttas istas explorasse , & non tantum nulla sui parte immunitas , sed majorem unde unde fulgorem mutuasle. Generatio granorum uvis inclusorum non est alia , quam auri obryzi diversissimis adnati corporibus , illarum autem , quæ extimæ cutis superficie adnascuntur , repeterem a metallicis halitibus atmosphæræ nostræ mixtis , nec auri gravitas huic obesset ratio- cino , quando scimus aurum methodicis chemicæ opeationibus ita solvi , & leve redi , ut quasi in auras abeat , & verum illud Philosophorum aurum , si in vitriolo quærendum est , postrema salium Alkali , & Acidi cohabitatione , Retortam , Alembicum , cucurbitam transcendit. Quid ? forte solaribus etiam

radiis

radiis concentratis similes halitus sublati , sed frigore nocturno , satius dixerim fixantibus particulis , concreti , guttatumque decidui , guttas istas aureas in uvæ superficie effigiaverint ? Vide infra , ubi de montis Facebai mineris antimonio solaribus differo , & cognita respective levitate auri , facilis in eandem sentiam concedes .

Alterum est apyron , obryzum illud , quod ipsa natura ; montium inter anfractus , petrososque hiatus excoxit , de quo Nicolaus Olahus Archi-Præsul Strigonensis , idemque Primas Regni Hungariæ , testatur sibi communicatum fuisse per litetas a Nicolao Gerendino Transilvaniæ Episcopo , colonum aliquem circa Abrug-bányam reperisse arrum obryzum magnitudine panis rusticani , ponderis supra 1600. ducatos . Kóleserius iterum hæc habet . An . 1566 cum Joannes Sigismundus filius Joannis Zapollya ex Transilvania ad Solymarum Turcarum Imperatorem , Belgradi castra tenentem proficeretur , regiis barbarum demulxit munieribus , iotæ quæ numeratae sunt patellæ ex puro auro celatae , in quarum altera grumi avrei , binarum , & semis librarum graves ioharebant , in quibus massa quoque aurea fruticantis arbusti nativam Speciem effigians , lento liquore mellini fluoris instar in gyrum turbinata erat . Item Anno 1591. habenas modernæ Daciæ tenente Sigismundo Bathoreo , Regis Poloniæ Stephani nepote , inventum est in ipso corde terræ opus quoddam ex puro , putoque auro , naturæ industria ad similitudinem galeæ efformatum , & introrsum Concavum ponderis octingentorum aureorum , quod palacris aureis , ex arrugiis eductis impletum , Hetru-riæ Duci munieris loco misit . Elegantissimæ pariter figuræ ponde-

ris semi marcalis fuit aurum obryzum quo, non multos ante annos Popa Valachicus in Comitatu Hunyad vitam filii sui redemit. Denique ad ripam fluvii, Moldaviam ab hac provincia post Bisztricum disterminantis, frustum auri puri, Crucifixi figuram haud obscure repræsentantis inventum est. Hucusque Koleserius. Sunt & mihi mineræ, quorum superficie aurum obryzum, lamellatum, non exiguum inhæret, sunt & alia, frustilla, crines filamenta, cylindros cochleolas imitantia, obryza omnia, & levigatissima. Avitæ Nobilitatis D. de Mihaloczi, nunc possessionum, Zalathnæ juribus obnoxiarum præfектus, Quarzosam mineram dono mihi tulerat, quam aurea venula trium quatuorque digitorum longitudine procurrens, latitudine autem unius, & fere dimidiæ linearum constricta ex intimis, quarzi partibus protuberans amoene discriminabat simul, & intuentium oculos fulgore illius polituræ, qua illam artifex natura ornaverat, mirifice recreabat. Vidi aliud triginta Ducatorum pondus æquans obryzum aurum, quod quarzo nucis avellanæ magnitudinem vix superante, arctissime inhærebat, viderunt plurimi, auream illam pyramidem natura ita efformatam, ut nec artifex elegantiorem effigiasset, appendit aureos quadraginta.

Tertium illud est, quod ex arenosis fluviorum alveis expurgatur. Scripsérat de Galliis Diodorus Siculus, quo M. Reau-mur dans les memoires de l' Académie An. 1718. 28. teste gloriatur inquiens: ( Galliæ plus auri a natura, quam argenti datum esse, illud enim flumina copiosum deferunt, quod ex artis præscripto, granorum instar arenæ elouit ) sit ita, Transil-vania aurum præ argento habere mavult, quam gloriari. Hoc illud

illud est, quod Virgineum duucupamus, nescio an ubi terrarum intemeratum magis reperias, omni ullius corporis admixtione liberum, neque enim aurum unum altero melius est, quam quod plus, vel minus alii metallo innexum sit. Istud ad radices montis Bihar ad Kis-Aranyos est singulare, viginti quatuor caratarum, nec inferius, quod ad Olapjan elutriant. Accolas Kis-Aranyosienes annua tributa, & urburas frustis Virginei auri expunxisse non sine animi solatio intuitus sum, quando ad auri coactorem Topan-falvensem Prænobilem virum Dominum de Bisztrai itinere meo ad aurarias Dacicas suscepto delatus sum, Virginei auri ramenta, magnitudine fabas æquantia tum se accipere plurima fassus est, quando Valacha gens annuis mercatibus intenta, nondinas in vicinia celebrandas oberrare suevit, non immerito multæ Claudiopolitanæ ita Transilvaniam celebrarunt:

*Non est magna quidem, argenti sed dives & auri,  
Horum plus nimio quisque colonus, babet.*

*Indorum cedant aurati flumina Gangis.*

*Cedat & Hesperidum divitis unda Tagi.*

*Divitias Cræsi, sileat Paætoloides undas*

*Lydia, & auriferos Italia terra Pados.*

*Thracia non memoret glebis flaventibus Hebrum*

*Aurum hic ( vera loquor ) fluvius omnis alit.*

Quartam auri speciem, aurum liquidum, fluens, molle, quorum referam, ignoro; non vidi, traditione tamen accepi, molle aurum, neque liquidum ante, quam aeri expositum fuerit in vicinia Tórdá-Hassadék effossum esse; item Nagy-Bányæ in

in Ungaria aetate Mathiae Corvinij aurum e rupe guttatum destilasse. Cl. Hochberg in suis Georgicis gloriatur, massulam auri in montibus Tokaj effossam dono sibi datam ab avitae nobilitatis Viro Francisco Radai, quæ cum effoderetur mollis fuit instar ceræ, & nisi plurium dierum intervallo aeri exposita induruit. (r)

## §. II.

## De Auri Lotura.

**D**acos aurilegulos idcirco dictos facie, autumo, quod legendo auro in fluviorum, rivorumque alveis defluo prope improbam collocent industriam. Zingari, qui Transilvaniam incolunt illudi sibi putant, si vernacula Zigan compellentur, quoniam Aranyász, idest aurilegos se esse clamitant, dici volunt; Hi auriferos amnes circumsedefunt, & siquidem sub papilionibus degere ipsis proprium, castra esse rebar, cum proprietor factus ægyptia-

{

(r) Americanos arte & monstruo quodam insipido aurum ita mollescere, ut ceræ instar digitis tractari, eique gemmæ inseri pro libitu queant, ex Mejero de Messe aurea c; 10. refert Ettaüllerus Coll. Chym. T. 1. p. 310. Com. Gotting. An. 1763. V. 11. p. 386. ex Hist. Acad. Reg. Scient. Parisiensis referunt (in fundo maris delitusse ferrum tormenti bellici plusquam sexaginta annos, sub crusta limosa, qua totum obductum erat, quod extractum molle fuit instar stanni, sed spatio 24. horarum duritiem huic metallo propriam recuperasse) Puto singulis etiam metallis emolliendis sua non defutura mensura.

ægyptiacas (s) reliquias animadverti Primo vere, vel autumno, quando eluviones præcesserunt, arenas periclitantur, & hac methodo elutriant, pone fluviolos erigunt scamna lotoria, nimirum afferes quatuor, vel quinque pedes longos, unius, duorum latos, quæ plano inclinato non semper æqualiter aprant, sed magis minusque accomodant, uti arenam pluribus, paucioribusve lapillis immixtam cernunt, scamna ista ad frontem, & latera, vidi fimbriata, alia nullis munita repagulis, singula tamen veste villosa, quam vernacula Zundram, vocat à summo usque deorsum contecta, his illi arenam auriferam simul & aquam, qua coribus, qua fitulis haustam affundunt diu adeo, dum subtilior arena metallica vestem obduxit penitus; ex veste majoribus scaphiis immersa, creberimis lotionibus arenam metallicam explicant, & expeditam lintribus indunt, atque iterata aquæ affusione a fabulo secerunt, linters isti ex arborum corticibus fabrefacti multam mihi admirationem exciverunt, quod his omnibus jacturæ etiam improvisæ provideant, sunt hi parte illa, quæ operantem respicit depressa, fundo alveoso, lateribus eminentioribus, semialterius pedis longi, unius lati, putarem esse meliores illis, quos sichertrog dicimus, quia structura sua, & repetita agitatione arenam in vorticem agunt; cum itaque tenuiores

C

(s) Ægyptiacas reliquias lepidum agnomen quis dixerit? sed idem ex Vladislai Decreto colligo, quod ita habet: Vladislaus DEI Gratia Rex Ungarie, Bohemiz &c. Fidelibus nostris universis & singulis Praesatis, & Beronibus, Comitibus, Castellanis, Nobilibus, ipsorumque officialibus, item Civitatibus & oppidis & Villis, earumque Reuctoribus, Judicibus scilicet, & Villicis, præterea Tricesimotoribus, Tributariis, ac tricesimarnm, tributorum, teliorumque exactoribus, & omnibus

res partes centrum petant, facile has excutient, si repentina prius succussione quietem momentaneam gravioribus particulis concedant, id quod illi scite admodum, & celerrime factitant.

Diversum ab hoc auri elutriandi modum illi tenent, qui in montibus Bihar, ramentosum, foliatum, virgineumque aurum queritant, scrobes subtus rivulos, quos interea temporis in oppositum latus derivant, septem, vel octo pedum altos effodiunt, donec inter strata terræ effossa ut plurimum Schistum lapidem attigerunt, tum longiusculis canalibus efformatis, congestæ arenæ aquam superimmittunt, quæ Saxis, lapidibusque ablatis ipso etiam fabulo erepto, schistum lapidem, vel alium huic similem, nudissimum detegat, cui sèpissime tanquam glutine aliquo commissum aurum, crinium, foliorum ramentorumque instar iaharet, tenacissime vel certe deciduum ex arenæ stratis aurum conspi-

subditis nostris præsentes literas visoris salutem & gratiam. Quia nos ad supplicationem nonnullorum fidelium nostrorum Majestati nostræ propterea fastam, Agilem Thomam Polgar Wajvodam Pharaonum, una cum aliis Pharaonibus sub viginti quinque tentoriis, & conductu, sive comitiva sua vagantibus ab aliorum Vajvodarum Pharaonum in hoc regno nostro Ungariæ vagantium contubernio & societate segregavimus, atque pro faciendis, global's pixidum, sive aliis instrumentis ad belli usum necessariis ad servitia fidelis nostri Reverendissimi in Christo Patris Domini Sigismundi Episcopi Ecclesiæ Quinque-Ecclesiensis deputavimus, cui etiam simul cum comitiva sua, ubique in terris & Dominis nostræ potestati subjectis, iter tutum & expeditum dare volentes, mandamus fidelitatibus vestris, & cuilibet vestrum harum serie firmissime, ut dum & quandocunque ac quotiescumque idem Thomas Polgar Wajvoda cum comitiva viginti quinque tentiorum, ac rebus, & bonis suis ad terras, possessiones, & oppida, ac vestri in medium, sed & Tributarum, Tributorum, Teloniormaque vestrorum loca applicue-

picuum fit, hoc illi manibus legunt, Virginum vocant, aurum coactoribus redimendum adportant, virginem utique, nullius amalgamationis indigum, omnem puritatem exæquans, si vero arenam elutriationi aptam offendant, intribus lotionem instituunt.

Sunt etiam aliae auri elutriandi rationes, fabulum, arenam, limum, terras bolares, mineras ipsas auro fætas molis tuloriis armatis committunt, qui omne id, quod eis subjicitur in minutos pulveres comminuunt, scamnis lotoriis aptandos, hæc iterum scamna laneis vel lineis, vestibus contexta, longiora sunt, quam latiora, utrinque fimbriata, superiore sui parte erecta, ubi repagula, vel retinacula suis interstitiis discriminata, eaque cubica figere solent ad impetum aquæ metallicum pulverem deferrantis retardandum. Declivitatem tabularum massa metallica inundans, pertica lignea extremitate sui afferculo munita hoc illuc

C 2

exagi-

sit, eundem simili cum comitiva sua viginti quinque duntaxat tentiorum libereflare, morari, & facta sua expedire, & permitti facere debentis, & teneamini, secus igitur non facturi gratia nostræ sub obtentu. Præsentibus perleffis exhibenti restitutis. Datum Budæ, feria quinta proxima in octava Sanctissimi Corporis Christi, Anno Ejusdem Millesimo quadragesimo nonagesimo sexto, Regnum nostrorum Hungaræ anno exto, Bohemæ vero XXVI. Hujus diplomatis Archetypon apud eruditissimum Cæsareo-Regiæ militiæ Centurionem D. Székely de Doba custoditur, Vir hic tam illustrem diplomatum si pelleffilem a multis retro annis congeferat, quam etiam indies cumulat, ut solertissimus, eruditissimusque Tabularii Coactor, & Custos audiat, cuius industriae & eruditioni rerum Hung. scriptores multas, quas fecerunt progressiones se debere, grati testabuntur.

exagitatur, ut graviores particulæ metallo fœtæ per strata tabularum in arctissimis canaliculis subficiant, ne vero parte aliqua metalli frustrentur, profluam aquam hic scrobibus, ibi canaliculis excipiunt, totidem metallicarum partium fidissimis custodiibus. Postremum Massam hanc *sein schlich* nuncupatam, vel ad liquorarias fornaces deferunt, quarum nunc duæ sunt, una Zalathnæ, Csertesjoi altera, vel ex ea lintribus separatoriis, aut mercurii amalgamate aurum eliciunt. Methodo aurum elutriandi hac ætate summa adcrevit perfectio, indecessa enim eorum industria, qui Aurariis præsunt, novo prorius comperto, & antiquas molas tusorias reparat, & novas extruit, quibus omni auri frustrationi provisum est consultissime.

### §. III.

#### De Aurariis,

#### Aliisque Metallorum Fodiniis.

##### Antiquitas Auriarum.

MUltos olim videre fuit, & hodie numos, lapidesque, est reperire, e quibus manifestum fit, hac parte Daciæ, quoë nunc Transsilvania est, plurimas viguisse aurarias, institutum Collegium Auriarum, auri lustralis Coactores, Procuratores, Subprocuratores, Triumviros, Mensales, Monetales constitutos fuisse, nec mirum inquit Zamoscius ( in Dacia tot lapides & numismata Triumvirorum, Monetalium titulis esse signata, cum uti hodie, ita olim promptuarium ac veluti Favissa totius Europæ fuerit. Nam non solum Arrugiæ in,, exhausta

„ exhausta metallorum copia scatent, ubi quandoque rudis auri  
 „ grumi millenarum drachmarum inveniuntur, sed & fluvii au-  
 „ rea ramenta secum volvunt, ut jam Poëtae suos Tagos,  
 „ Pactolosque fileant. Quia ergo pars hæc Daciæ veluti com-  
 „ pendium totius orbis, Auro, argento, ærteque locuples sem-  
 „ per fuit, ideo Romanorum quoque tempore in Provincia ex  
 „ fodinis magna auri vis colligebatur, adeo, ut nunc quo-  
 „ que numismatum priscorum reliquiis uber illa sit regio: ) ha-  
 „ ctenus Zamoscius in analectis lapidum vetustorum, & nonnulla-  
 rum in Dacia antiquitatum An. 1593. in lucem datus. — Faci-  
 ent in hanc rem collectæ ex plurimis inscriptiones.

*Albensis.*

T I. S E R R A N V S E X A C T O R

\* AAA. AVG. AESCVLÀPIO

S V P E R S A L V T E C O N I V G I S

C R I S P I N I L L A E B. M.

H. S. P.

\* Exactor Auri Argenti Æris.

*Zalathnae in Lapide quadrato.*

D. M.

V L P I A N - - -

M E - T - T - R - - -

P H I M - P -

C O N I V G I

S A N C T I S -

S I M A E

N E P T V N - -

L I S A E G N I - -

P R O C. A U R -

C 3

*Zalathnae in Simili.*

D. O. M.

T A V R E L I V S

D I O C L E S B.

\* P R O C. A V R.

\* Procurator aurariarum.

Za-

*Zalatbne Marmori incisa*

I. O. M.

P R O   S A L V T E   I M P E R A T O R I S

\* C O L L E G .   A V R A R I A R V M

L. C A L P V R N I V S

D. D.

\* Illustre instituti Collegii Aurariarum monumentum  
quod lepidus Calpurnius nomine publico D. D.

*In Ruderibus Patroisse ad Zalatbnam.*

*nunc est vicus , Petrisan.*

PRO SALVTE  
DOM N.N.  
L. S E P. S E V E R.  
M. AUR. ANTO-  
NINI - ET  
- - - - -

C AE S S. A V G G.  
C V L. I O V I S.  
D. D I C A T.  
VIII. K. A U G.  
M V C I A N O, ET F A.  
B I A N O C O N S S.  
\* C O L L. A V R A R.

*Ad Vicum Kornesd Prope S.  
ædiculam.*

C. CVRTIO C.  
P O L L I A R V F I N  
T R I B U N O L A T I C.  
L E G. XIII. G E M. IIIVIR.  
\* A. A. A.  
C O L V LPIA. T R A I A N A  
D A C I C. S A R M I Z.

\* Triumviro Auri, Argenti, Æris,  
Triumvirorum enim monetarium  
fuerat, auri, argenti, ærisque,  
confundorum, id est, cedendorum  
signandorumque potestas, ut Pom-  
ponius de Magistratibus Rom. tra-  
dit.

*Lapis Dacicus a Grutero, &*

*Kólesério citatus*

D. M.

M. VLPIO AVG. LIB

HERMIAE

\* PROC. AVRARIARVM

CVIVS RELIQVAE EX

INDVLGETIA AVG. N.

ROMAM LATAE SVNT

SALONINA PALESTRICE.

CONIVNX ET DIOGENES.

LIB. BENEMERENTI

FECER.

VIXIT ANN. LV.

\* Evidens hinc est Procuratores

Aurariarum non humilis fortis,

sed permagna conditionis fuisse.

*Tordæ in Suburbio.*

\*P. AELIO T. F. QVAEST. R.

AVRILVSTRALIS COACTORI

AC CIVITATVM VOLMFRII ET

PETOVI CVRATORI. Q. LAE

LIVS AESOPIVS. B. M. M. P.

\* Auri Lustralis Coactor etiam Col-  
lector dicebatur, quia singulis lu-  
stris vestigia e provinciis pendi-  
solitum fuerat, unde aurum Lustra-  
le vocabatur.

*In Marmore Vlpiano seu Zarmisægetusano.*

### E X V O T O

MAGNO ET INVICTO IMPER. CAES.

T. AELIO HADRIANO ANTONINO

PIO AVG. PONT. MAX. TRIB. POT.

XVI. COS. III P. P. PRO SALVTE. ET.

FELICI PONT. MAX. ET ANNIAE.

FAVSTINAE - AVG. CONIVGI C. CLOD.

VI PRAEF. M. DACORVM IASSIORUM.

GANG STATVAM IN AVRARIA \*

HVMINIBVS MAIESTATIQ EORUM.

\* Ubi hæc Auraria steterit, non liquet, si Ulpiam Trajanam, in Provincia Vajda-Hunyad ad Várhely, Veczel, Kornesd, cum aliis quæram, statuerem Aurariam hanc inter Montes, quorum primus nunc Vulkan nuncupatur; per veterum certe scoriarum tumuli huic meæ senten-  
tiae subscrubunt, potuit hæc Auraria, qua rivi defluant plurimi, auriferique. suas operas toti provinciæ, ea estate quicquid trans Marusium est, complexæ, communicare.

Rudis igitur sit ille vel pertinax , qui negaverit aurarias Transilvanicas ætate Romanorum viguisse , quandoquidem tot tamque varia per omnem Transilvaniam de his ipsis monumenta sæpenumero eruuntur , singulares prorsus inscriptiones illæ sunt , quas inferius , ubi de Abrud-bánya , & Vajda-Hunyad ago , retuli , nec tamen alii melius , ac illi loco adjungendæ . Nunc quid autem eruditæ illi , quibus nil antiquius , ac antiquitates consecutari , suam ipsis delinitam , prolectamque curiositatem & amant , & vellent pluribus etiam oblectari ? MOECENATIS mei , cujus nulla posteritas memoriam obliterabit , gratiis fretus simul , & eruditionem veteris literaturæ neg otiorum mole usque , & usque præpeditam , subsecivis , qua licet , horis recreaturus , omnes editas , ineditasque inscriptiones , quæ mihi innotuerant sub unum conspectum ad calcem operis dabo . Antiquarios tamen , seu diligentissimos illos vetustatis investigatores oramus , ne pro virtute ingenii , sed vero proximis argumentis , Colonias , Urbes , &c. &c. a patribus nostris cultas , nobis nepotibus eorum indicent ; ita enim fiet , ut nonnulli in rem quoque familiarem derivemus .

Peregrinus sit in historiis oportet , inquit Kôlesérius , ( cui ignotum , res Romanas possessa Dacia florentissimas fuisse , amissa vero , lapsi gradatim ita incubuisse , ut ad illam Majestatis excellentiam , licet lacertos subinde moverit , amplius pervenerit nunquam ) Forsitan FELICITAS , ABUNDANTIA DACIÆ , quam in numis legimus , non alii , quam Auriarum ubertati tribuebatur olim . Vulgatissima hæc est inscriptio

IOVI INVENTORI  
 DITI PATRI TERRAE MATRI  
 DETECTIS DACIAE THESAVRIS  
 DIV. NERVA TRAIANVS CAES. AVG.  
 VOTVM SOLVIT.

Alii putant hanc inscriptionem thesaurum illum indicare, quem Decebalus in imo Sargetiae, seu Strig, Strollæ, amnis vado, astu opportuno recondidit, ne Victori Trajano una cum Regno thesaurum, quem habebat, opulentissimum cedere cogeatur. Zamoscius de his ita habet: ( Decebalus derivato fluvio Sargetia, terraque altius defossa, omnem thesaurum - ac pretiosissimas quasque, & delicatissimas res in cuniculosum forniciem congeslit, saxisque prægrandibus, ac aggeribus ita communis, ut ne humestari quidem posset, quidquid iufra recondetur, mox amnem eversum in pristinum alveum deduxit. Captivos, quorum opera in ea re usus fuerat, ne index quisquam superasset ad unum omnes interfecit, Bicilis aequalis amicus Regis, & cui uni omnia consilia sua Decebalus credere solitus erat, post illius interitum Trajano aurum patefecit ) Aurum confestim Romam ablatum esse perhibetur, ex quo post erectum admirabilem in Danubio lapideum pontem, forum, & Columna Trajani a Romanis erigi cæpta sunt. His verosimilitudo aliqua ex piscatura lysimacheorum accedit; ferunt enim Ann. 1545. in amne Sargetio seu Strig Strella, vel etiam Strolla, sex millia lysimacheorum inventa, & Georgio Martinus Gubernatori tradita esse, qui partem eorum aliquotam Imperatori Ferdinando misit; forte ista reliquiæ furentur thesauri a Decebalo recorditi. Est qui scripsit, ex solis

Dacicis Aurariis præter lustrale aurum , ac coactos census , metallicos exactores Romano ærario hebdomadatiū binos Centenarios cum octo libris auri intulisse ; nec mira hæc legentibus videri debent , plurima enim millia metallicorum aurarias eviscerabant . Plinius etiam Dalmaticas celebrat , quod sub Nero-nis tyrannide quinquagenas auri libras dederint . Exemplum adjicio , unde florentissimas Transilvaniæ Arrugias non jam conjectare , sed intueri liceat : ex Historia , inquit Kœleséries , Transilvana-nica Illustris quondam Cancellarii Wolfgangi de Bethlen id a prime constat , post decepsum , in ejusdem nova arce ad Szamosium sita reperta fuisse solum auri ruditis octingenta septuaginta duo pondo , palacrarum , seu grumorum grandiorum ex arrugis , & amnium ramentis crassioribus lectorum viginti , argenti crudibis mille trecenta octoginta septem pondo , in laminis quadrin- genta sexaginta sex ; Lysimacheorum quorum singula quaterois Hungaricis æstimabantur , quatuor millia . Hunc utique thesan- rum a Maioribus Wolfgangus hæreditaverit .

#### §. IV.

### Quibus Legibus patriæ, cultura fodinarum stabiliatur.

**L**ibertas metalli-fodinas inquirendi , colendique his legibus defini-tur. Approbatarum Constitutionum Parte 2da , Tit. IX. §. I. Auri , argenti , cupri , sulphurisque fodinas , unicuique , cui facultas , & fundus suppetit aperire , & colere , licitum esto . Item Compilatarum Const. Part. 3. tit. IX. §. I. Metalli-fodinarum in propriis fundis , seu territoriis cultura libera esto , imo & aliis qui-

quibuscunque etiam peregrinis , in fundo Nobilis cujuscunque metallica tractare publico salvi conductus edicto permittitur. Approb. Const. Part. 2da Tit. IX. ad finem art. Non solum incolis Provincialibus , sed etiam peregrinis cujuscunque nationis præsentium vigore fides fit , tam de securitate ingressus , in provinciam , quam de libera fodinas colendi , vel novas aperiendo facultate , & hi , ut nec in persona , neque in bonis arestantur , aut ulla illegalitate injuriati damnificantur , sed prius de fundo conveniatur , ac juxta factam conventionem eidem satisfactione præstetur. De eo autem , quod e fodinis redundat , ita cautum est : Tam Dominus fundi , quam metallarii juramento adstricti sint ad decimas sui proventus fideliter in ærarium administrandas ; si vero fraudulenter egisse comperti fuerint , primo poena fl. Hung. 500. secundo dupli , tripli &c. puniantur. Ibidem : Sive per proprios subditos , sive per servos aurum iu proprio fundo querere licitum esto , decimas tamen inventi in ærarium administret , reliquum retinere sibi liberum esto , sed si vendere voluerit , auri Campsori , vel in Dom<sup>e</sup> monetaria vendere teneatur Part. 2da Tit XVI. art. IV.

Ex auro in alienis fundis invento erga conventionem cum fundi Domino decimæ Fisco non dantur , sed totum & omne campsori , vel in Domum monetariam administratur. Ibidem. Aurum in flaviis , rivis , locis montosis , arenosis & limosis indifferenter omnibus , Valachis , Zingaris , & quibuscunque inquilinis querere liberum est. Ibidem.. Sed aurum vel in undo fiscali , vel in locis publicis , aut penes fluvios quæsicum erga campionis pretium Fisco cedat. Ibidem. Extra campionem fiscalem nemini aurum vendere , vel emere licet [sub poena fl.

fl. 200. & solutionis 'rei venditæ , aut amissionis corporis delicti. Ibidem. Eductio auri e Provincia interdicta est Tit. Approb. C. XVI. art. I. Aurum quod in labore aurifabri h. e. quod tantum in pulvere , aut mercurio ligatum , vel etiam cæmentatum fuit , e provincia evehere nemo attentet, quod si deprehensus fuerit , corpus delicti Fisco cedat , & reus 200. fl. poena mulctetur absque ulteriori juridico processu. Quod si autem corpus delicti non deprehensum quidem , sed post certis documentis innotuerit , vel corpus delicti restituatur , vel æquivalens pretium cum mulcta fl. 100. pendatur.

Cum auri Coactori elutum aurum offertur , omne pondere piseti libratur , pisetum est pars marcae 53 cum  $\frac{17}{19}$  pro quo numerant fl. 2. & 45. xferos. Kôlesérius de pretio Camphonis hæc habet : ( Augustissimus Beatae reminiscientiae Leopolodus pretium camphonis auxit , ut jauri pretium in pulvere per 3. fl. amalgamate mercurii ligatum per 3. fl. 30. den. Virgineum per quatuor , leguleis solvatur , ut hoc Clementia arguento a Clanculariis auri distractionibus , auri fures in meliorem frugem reducantur , & jus legale susque deque habitum vindicaretur ) Sunt tamen bene multi , quibus industria impendiaque Rex levaturus , intrinsecum auri valorem persolvit & hi liberis annis freue Jhr gaudere dicuntur Unus idemque Zingarus pone rivos arenam elutrians hebdomadæ spatio tria piseta , si diligenter coepito instet operi , lucrifacit , partitur se se natio ista in turmas plures , quas Societates vocant , quarum permulta sunt , singulæ capitibus quinquagiuta , pluribus interdum constant , haec propter tutelam , & præsidium sibi a Camera Regia præstandum

Centum piseta annua pendunt, sed quoniam hæc illi oscitanter admodum dependebant, factum est, ut cum aurum tulerunt, pro piseto unum tantum Rhenensem acceperint, donec centum piseta disoluta sint, quibus persolutis, quot quot piseta redundaverunt, pro singulis trium Rhenenium pretium, iis adnumeretur; si hæc Vaga gens totam se auri loturæ impenderet, grande ferret operæ pretium, sed illis præplacet quæstus, quem permutandis, abalienandis, venumdandis equis exercent, vel ex instrumentis torno fabrefactis referunt.

### §. V.

## Abrud - Banya.

**A**Brud - Banya Oppidum ex idiomate Romano-Valachico Aurud, seu aurarium dictum, multis retro fæculis a cultura aurifodinarum illustre fuisse, vel testis erit Lapis, An. 1765. ad lacum montis Korna repertus, qui præter inscriptionem, quam adnecto parte superiore securim, inferiore malleum, utique metallurgica signa vetustate nil variata clare satis effigiebat.;

M ATTIO  
SATVRNINO  
VIX. AN. X.  
M. ATTIVS  
PRIMITIVO. S.  
NEPOTI POS.

Hæc olim auraria jura dabat cæteris, hæc controversas metallurgorum quæstiones definiebat, hujus decretoria sententia stabant,

stabant singulæ, in testimonium hujus prætorianæ potestatis Kó-  
lesérius literas ex originario transumptas ita refert.

## Literæ quatuor Oppidorum Metallico- rum, Rivalium, ac Molendinorum.

„ Nos Nicolaus Bertel Judex; Laurentius Grizeli, Petrus  
 „ Spetecz, Joannes Dones Jurati Cives Oppidi Offenbánya.  
 „ Lazarus Magyar Judex, Stephanus Sartor, Joannes Geor-  
 „ gius, & Stephanus Király Cives Jura:i Oppidi Körös-bánya.  
 „ Ladislaus Bokor Judex, Jacobus Magyar Juratus Oppidi  
 „ Kis-bánya. &c. universis, & singulis memoriarum commendamus  
 „ harum serie, quod cum diebus proximis ante festum Bartho-  
 „ lomai Anni Virginei partus 1525. Nos more solito quatuor  
 „ Oppidorum Metallicorum, pro discutiendis quibusdam negotiis  
 „ in Oppidum Abrud-bánya ex Egregii Capituli Albensis com-  
 „ missione convocati fuissimus, ubi in domo Joannis Francisci,  
 „ Erasmus Greb Magister Montanorum, una cum suis Dominis  
 „ Montanorum, & Molendinorum adversus auri lotores ratione  
 „ aquarum in rubeo flumine existentium varias coram nobis  
 „ proposuerunt querelas, auditis igitur ambarum partium que-  
 „ relis, propositionibus, atque responsionibus, causam inter  
 „ eosdem mediante jure, vera justitia, hac nostra sententia  
 „ discussimus, ut Domini Montanorum, seu Molendinorum, aquis,  
 „ seu rivulis omnibus in rubeo flumine ad eorundem molendi-  
 „ na mineralia pertinentibus, absque impedimento, & obsta-  
 „ culo auri lotorum, ac aliorum uti debeant perpetuo, quem-  
 „ admodum antiquitus prædecessores eorum libere usi sunt. Si  
 „ vero

„ vero quisunque repertus fuerit, qui ibidem in rubeo flumine  
 „ ad suos auriloturæ labores, præmissis aquis, seu rivulis,  
 „ citra voluntatem, seu sine consensu, & scitu montanistarum ute-  
 „ retur, puniri beat florenis quadraginta, quorum media pars  
 „ erit Judicis, cœterorumque civium juratorum oppidi præli-  
 „ bati Abrud.bánya, altera vero residua actoris. Etiam poena  
 „ eadem mulctetur is, qui aquas illas ex vero meatu in aliud  
 „ territorium abcucere fecerit. In hujus evidentius testimo-  
 „ nium præsentes sigillis oppidorum nostrorum munitas exhibui-  
 „ mus literas Die, & Anno ut supra.

Dixi superius Abrud.Bányam ex Valachico Awrud nomen accepisse, id quod nobis mirum non est, qui Valachos per omnem late Transilvaniam majoribus in dies incrementis propullare miramur; istud autem, quod Abrud.bánya etiam Altenburg dicta fuerit, non mirari non possum, patet hoc ex Diplomate Sigismundi Regis, e quo jura etiam Abrud.bányensium legere licebit, puto autem: quemadmodum a diversis nationibus habitabatur, ita diversimode nuncupatam fuisse, olim Awraria per excellentiam cicebatur, Aurud subinde, tum Altenburg, nunc Abrug.bánya dicitur, scribi autem dicique deberet Aurud.bánya. Diploma ita habet:

„ Sigismundus DEI Gratia Romanorum Rex semper Augu-  
 „ stus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae &c.  
 „ Rex, fidelibus nostris Conventui Ecclesiæ de Clusmonstra sa-  
 „ lutem & gratiam. Cum nos tum pro fidelibus servitiis fide-  
 „ lium nostrorum providorum virorum Judicis, & Juratorum,  
 „ ac universorum Civium, & hospitum nostrorum Montanorum  
 „ nostræ

„ oſtræ Civitatis Altenburg vocatæ, tum etiam pro utilitate,  
 „ & comodo ipsius nostræ Civitatis quasdam poffeffiones Chyba,  
 „ & Ryszka vocatas, juxta montanas ejusdem nostræ Civitatis  
 „ ſituatas & adjaceutes, juxta contenta aliarum literarum no-  
 „ strarum ſuperinde confeſtarum in perpetuum duxerimus confe-  
 „ rendas, velimusque ipſos in Dominium earundem per nostrum  
 „ & veſtrum homines legitime facere introduci, igitur fidelitati  
 „ veſtræ firmiter præcipiendo mandamus, quatenus veſtrum mit-  
 „ tatis hominem pro testimonio fide dignum, quo præſente  
 „ Andreas filius Simonis de Mike-falva per nos de Curia noſtra  
 „ ad id ſpecialiter destinatus, ad facies prædictarum poffeffionum  
 „ Chyba & Ryszka vicinis, & commetaneis ſuis universis inibi  
 „ legitime connotatis, & præſentibus accedendo introducat  
 „ præfatos Cives, & montanos noſtos in Dominium earun-  
 „ dem, ſtatuatque eadem eisdem perpetue poffidendas, ſi non  
 „ fuerit contradicturn. Contradictores vero, ſi qui fuerint, evo-  
 „ cet ipſos contra memoratos Cives, & Montanos, Vajvodalem  
 „ in præſentiam ad terminum competentem, rationem contradi-  
 „ ctionis coram reddituros. Et poſthæc hujusmodi poffeffionatæ  
 „ introductionis, & statutionis ſeriem cum nominibus contradi-  
 „ ctorum, & evocatorum, ſi qui fuerint, terminoque assignato  
 „ eidem Vajvodi more ſolito reſcribat. Datum in descensu  
 „ noſtro exercituali in campo Garan-mezew vocato, ſecus con-  
 „ finia partium noſtrarum Transilvanarum feria tertia proxima  
 „ poſt festum Visitationis Beatæ MARIÆ Virginis. Anno Do-  
 „ mini Millesimo quadringentesimo vigefimo septimo, Regnorum  
 „ noſtrorum Anno Hungariae &c. quadrageſimo primo, Roma-  
 „ norum decimo septimo, & Bohemiae septimo. Hoc diploma  
 „ ſpero Historicis ætatis nostræ placiturn. Ho-

Hodie Abrud-bányensium Legislatoria potestas multum immunita, vel penitus accisa est, Oppidum in Occidentem vergit, cuius Septentrionale latus in vallem excurrit, quæ a rubro rivo Vörös-patak audit, Valachice Rose, octingentis facile molis tusoriis immane perstrepit, qua enim duarum & amplius horarum intervallo patet, tuditibus mineras quassantibus ordine angustissimo se se excipientibus consita, diro fragore omnem late viciniam implet; Vallem amientes montes utraque parte auro fæti assurgunt, de quibus inter script: Ung. Reichersdorffius ita differit ( Abrud-banya dives auri Oppidum, in cuius circuitu montes mira rerum omnium fertilitate, usque adeo cumulati, ut solertis terræ visceribus thesauros regiis opibus non indignos alant, nempe illic obryzum aurum patulis de montium verticibus frustullatim præciditur, subter quorum valles, vitrei & pellucidi amnes fabulo non aurato solum, sed & Cynabarino graves decurrunt, ex illis alpium jugis emergentes; plures deuique eo loco Chryso-lapides in opulentis & crebris Chrysopoliis, idest auri lavacris iuveniuntur.) hucusque Reicherfdorff.

Montes eosdem, quos patres sui foderunt, nepotes excidunt, his nominibus veniunt: Kirnik, Igrie, Cletate Boylor Korna, Orla Kirnizel &c. Kirnik recta in meridiem tendit, Csetate ad horam acus Magneticæ 14. declinat, Igrie inter Septentrionem & Orientem, propior tamen sit Orienti, Orla Septentrioni opponitur, strata terræ, venarum ductibus similia sunt, limo flavo in rubrum desinente omnia turgent, quarzo tamen frequentissime immiscentur, venæ dissectæ, decussatæ, undantes, saepe vix linearæ crassitatem æquantes incertam auri spem faciunt, nunquam ditiones, ac ubi in glomera-

men auri desinunt. Montes tamen hi illi sunt, qui avarissimi etiam principam votis aurum suffecerunt, illi sunt, qui perfossi, pertulsi, hiantes, laxatis saepe compagibus ruinam egerunt, atque diem ex die maiorem acturri, jam tanto humiliores, quanto cæteris immanni supereminabant altitudine, nec mirum, ut enim supra neni, putares propior factus montibus, exercitum satyrorum ad denotendos montes confluxisse, ita parte omni Valacha gens montes istos circumsidebas, quatit, impugnat, perforat, neque contenta ferreis instrumentis glebas & faxa eviscerare, majori ausu, tanto pulverum pyro um apparatu montes labefactat, ut minutum horarum nullum intercessisse testis fuerim, quo saepe non exauditus fuisset sonitus, fragorque vi pulverum, inferne, superius, omni ex latere excitatus. subsidere igitur necessarium est hos, ruinam illas caturas minitari, nullas vidi tuffutas tignis, non, quia sylvarum pœnuria laborarent, ex adjacentis enim, vici Bucsum sylvis, & non multum dissitis, seu Topan-falvæ seu Kerpeneshi, vel ipsis etiam Zalathnensium saltibus, exiguis impendiis copiam ligni cædui naucisci possent, sed quod stratis terræ lapideis plus justo credant, vel quod inconstantis cultura, quas hodie colunt fodinas, cras deserant, lege nulla, tantum libidine acti, ubi spes, lucri major affulget, eo convolant, advertere forte vicino pecori grandius uber esse, cuneum, vel puteum admovent, ut tametsi puterm alienum ingredi vertitum sit, ex venæ tamen duclu participant; & haec una est ratio, cur auri feraces cætera montes cultores suos minus ditent; foduntur non ex lege, sed libidine montes, quare, si naturam parnm liberaliem advertant, eam aspergati, alios iterum putcos adgrediuntur, quos si effatos videant, vertunt iterum operas, periculum alibi facturi; a que eo

eo pertinacius inconsultæ huic fossioni inhærent, quo spe majore subnituntur futurum, ut licet in obryzum aurum non semper offendant, e glebis tamen & saxis, quas molis tusoriis subjiciunt, aurum purum largius educant.

Omnis istæ operæ molis quassatoriis definiuntur, quibus glebæ, lapides, saxa comminuuntur, atque methodo superius de auri-lotura exposita elutriantur; molæ paucæ, pilas novem, pleræque senas numerant, inferne Conis non e ferro, sed e durissimo Chalcedonio in monte Valka prope Körös-bányam fodi solito, armatas; mirabar sane Chalcedonios istos minimi fieri, scitabar, quod huic lapidi nomen esset, marmor ajebant, & reluctanti persuadere nitebantur. Molæ singulæ impendijs 20. fl. veniunt, quas aqua circumagit a rubro rivo dicta, quæ si terra sitiēte absorpta, vel æflivis ardoribus imminentia circumagendis molis impar sit, habent lacum improbis artis conatibus efformatum, qui trium meosum spatio, dum cœlum in optatas pluvias resolvatur, aquam molis tusoriis suppeditet. Peritissimi quique vix mihi assentirentur, si dicerem ita scite hic auri mineras subigi, commoli, discriminarique, ut nullam auri jacturam patiantur, id vero se non aliter habere inde compertum habemus, nam viginti quatuor centenarios arenæ pyriticæ, Kis, dictæ periculo subjecerunt officiales regii, & in tribus sichertrog perscrutati sunt, nihil tamen auri deprehensum est, igni tandem docymastico subjecerunt, nec aliud nisi die schpürung vile aliquod indicium auri compererunt.

Montem Kirnik Augustissima Princeps Generali cuniculo regiis suffodiendum expensis curavit, quibus tametsi nulla ali-

quando alia responderet utilitas, esset tamen grande singularis in pauperes colones beneficentiae argumentum, qui catenus & facilius, & tutius suos cavare puteos valeant, cum jam neque aquarum copia, neque noxius aer, quemadmodum ante, labores, industria mque moretur. Porro cubiculus iste Generalis vulgo Erbstolen longitudine 200° facile superat, in quem commodum mihi ingredi tunc contigit, dum tantum auri eruuntur, quantum & solicitas fossorum curas solaretur, & ad prosequendum captum opus industria provocaret. Vide Fig. 1mam. Hæc montem Kirnik exhibit A. G. fundamentalis cuneus, sine quo cæteræ operæ cœflarent, C. puteus ad recipiendum aerem, G principalis Campus. D. E. F. intermedia decussataque operarum vestigia..

### §. VI..

## Kerpenes..

**A**brud-Bányam egresso, Kerpenes sinistram, dextram versus Bucsum, uterque ignobilis vicus occurrit; In Kerpenes metalli fodinæ nullæ sunt, molæ tamen quassatoriæ multo plurimæ, quibus tantum auri legitur, ut vix tantundem ex montium visceribus legeretur, atque istud curiosi illi, solertissimique aurilegi hac methodo peragunt: majore vallis parte, quam bene longam incolunt, cisternas effodiunt, ad has rivos Vörös-patak, & Valle Albe, Abrud-bánya defluas derivant, non levibus ad hoc momentis inducti, certum enim est aquis defluis, multum arenæ aureæ commisceri, rivum Vörös-patak aurum Abrud-bányensium prædari, rivum autem valle-Albe, qui suam

Innam monti Volkōj originem debet, & per Bucsum operarias aurariasque volvitur, limo aureo fætum esse, accidat igitur, ut procellois cælo rīvus uterque imbribus auctus ex Vôrōs-patak, que, ac ex Bucsum, limum, arenam, ex improviso tollant, eripiantque, tum Kerpenesii accolæ, suas fossas, cisternas, arena, limo, lapidibusque farciri gestiunt, quos subinde non minori compendio, ac auri optimi lucro elutriant. Incolæ isti obedientiam arctam adeo vivunt, ut e suorum numero unius tantum imperatis morem gerant, cuius definire sit, qua parte anni, quam terræ plagam, quas cisternas effodiant, eluantque, nec ante plaga illa cedant, quam totam omnino eluerint. inde fit, ut vertentibus annis, unam eandemque terræ portionem sèpius, nunquam sine fructu elutrient.

## § VII Bucsum.

Bucsum in Orientem prospectat; multas antiquorum numerat aurarias, sed effectas, unam præter, quæ tutellæ S. Joannis commendata ab urbariis colitur, nullam comperi, quæ multum lucri promitteret, visuntur in adfisis montibus putei complures, omnes vel in meridiem, vel orientem fossi, hos rimantur Valachi, si conatui spes lucri non respondet, alias atque alias fossas. scobes, puteos agunt, dum aliquid nanciicator, quo pauperem vitam tolerent mitius; sed enim, quod montium eviceratione, constantibusque venarum ductibus nequeunt assequi, abunde supplant, arenarum ex Abrud-zeller & Volkoi delatarum elutriatione.

## §. VIII.

## Topan-falva.

**C**onmocoem arbitror fore, si viciniam Abrud-Bányenosium tantisper valere jubeas, plagam occidentis, qua Topan-falva, Bistra, & montes Bihar procurrunt, Virginei auri gratia perlustrem, quod copioum volvit duplex Araeos, ex Alpibus montium Bihar profiliens, & ad pedem montis Play bifurcata divisis, in quorum alveis virginem aurum mediæ librae magnitudine olim sæpenumero inveniebatur, hodie in minore cumprimis Aranyos, Iuglandium, aut nucum instar non est infrequens, hoc ipsum quantitate minorum globulorum, & diversorum instar ramentorum cum itinere saepto, haec plagam inviterem, apud Prænobilem Dominum auri lustralis coactorem de Bisztrai non sine admiratione intuitus sum. Quales illi fuerint Aurileguli, quorum vestigia in Bihar, & Gejina alpibus visuntur, non possum mente assequi, ligores enim, malleos, secures, ferrea quoque instrumenta gravia adeo videas, quæ ad mortis ambibus manibus fortissimus quisque vix e terra levare queat, illos tamen his instrumentis glebas montium eviscerasse propalam est. Quaque fluvius Aranyos decurrit, granulis purissimi auri fatus est, pagi lupca, Szolsca, Muacsel, Szartes & Brezesti fluvio adfici, tom suas ad intercipiendum aurum artes explicant, quando fluvius imbris, vel solutarum nivium alluvione increvit.

## §. IX.

## §. IX.

## Offen - Bánja.

**T**rajecto fluvio Aranyos Buztra bis mille passibus progredienti Offen-bánya occurrit Oppidum a metallurgicis operis, Fornacibus liquatoriis, priscorum frequentia colonorum celeberrimum, nunc seges est, ubi Troja fuit. Huc olim ex omni late vicinia mineræ deferebantur, quæ tritui non cedebant, hic illæ coquebantur, quæ liberum aurum negabant, hic non auri tantum, sed cum primis argenti, & aliorum metallorum laxa explorabant, igne scrutabantur, finem tantis conatus imposuit capitalis putei ruina, quæ ita evenit: sexaginta metallurgis, qui venas aureas vellebant, merces non alia dabatur, ac laborum fructus singulis feriæ sextæ diebus ab occasu solis, medium usque noctem, accidit: ut Sabbatho Sancto diem Paschatis praecedente sub occatum solis in opulentissimam auri venam offendere, tum illi de præstituto sibi termino dubitare, invicem se se ad solemnia Paschatis adhortari, sed etiam ab affluentis auri copia in laborem extimulari; definire denique, ut unum e fuorum gremio legerent, qui exploratum horæ tempus adountent. Abiuntius & secum Trullam auro fartam, obryzo extulit, vix cuneum egreditur maturem diluculum esse animadvertisit, sonum etiam campanæ exaudit, sequi fronsque de solemnitate diei commoneficiens, tum ille Trulla in patulo relieta locis ortum solis adouciaturus subito laxata montis compagine una cum sociis tristis auri victima occidit, fossa a vertice montis iuimur usque præalta, nunc aquis in immensum scatet. (t)

D 4

Prisca-

(t) *Optime Phocylides: Aurum atque argentum damno est mortalibus, aurum  
Deo scelerum, vita pestis, rerumque ruina,*

Priscarum triginta sex numero fornacum liquatoriarum ru-  
dera in valles Hermanasze & Vallya-Csari procurrunt, inter tu-  
mulos egestarum scoriarum palam fit, priscos illos nol pensi ha-  
buisse ad omnem artis legem mineras illas eliquare, visibile  
enim aurum inter tristes istas reliquias quot diebus legere vulgus  
affolet. Communis fert traditio, quæ an fabulosa sit, decer-  
nent illi, qui Mathiæ Corvini natale solum norunt: supre-  
num auri coactorem stabilem hic sedem fixisse; qui auri cæcus  
amore, tam intemperante cultus opulentia sibi eripitur, ut cum  
in sacram ædem procederet, aureos super orbes graderetur,  
quos duodecim numero, pedibus heri, invicem alterantes ephebi.  
supponebant. (u) Inaudiit hæc Mathias Corvinus, molitum,  
fatuumque luxum videre optat, plebeum accolam humilians Offen-  
bányam petit, & vito luxus monstro, in æde, ad quam divertit  
hanc Epigraphe: scripsit itt vólt Mátyás Király, meg evett  
három tojást, és láttá az arany czészéken templomba menni a'  
Kamarást. Fama didita, metuens rebus suis auri Coactor fu-  
ga' sibi consuluit..

Memo-

O' utinam clades non delectabilis esset,  
Te propter fiant raptus, homicidia, pugne,  
Fratribus intensi Fratres; natisque parentes.

(u) *Nescit ( inquit Horatius ) Quid valeat numus quem præbeat usum  
Panis ematur, olus, vini sextarius.*

*Et Antiphanes : Nam, per Deos, eur oportet quis ditescere ?  
Pecuniam cur optet habere plurimum ?  
Quam possit auxiliari et amicis, gratia  
Fructumque serere Divarum suavissimæ.*

Memoria nostra de grege Valachorum aliquis in æde Sacra subitus sacrarium fodere in animum induxit ea causa , quod Abbatem loci, hic sepulturæ mandatum intellexisset , eventus famæ constitit : vestes enim , quibus Abbas iste ad aras faciebat , omnes ex aureis filis contextas , reperit , aurum inde eductum , qua potuit pecunia permotavit , Topan - falvam novem pisetorum quantitate detexto , tagax auri Coadtor Petrus Hajkul aurum istud diversum ab eo , quod Aurileguli adserunt , advertit , tum Valacho minas , & verbera denuntiat , ni actutum , fallaces artes , quibus id paravit , aperiatur , ille totius rei ieritem , ut gesta sit , explicat , nec dubito meritas temeritatis paenituit . Has adeant sedes curiosi antiquarii , & male sibi superficis antiquæ famæ reliquiis oblectentur . Superiorum bellorum , tumultibus æs Camporum ullum præterfluent Aranyos injectum , iubinde erutum , nuoc in Koronko - Szent - György viliter , alterum qua parte vires terræ mandatum sit , ignoratur .

Multum industriae in excutiendis unde unde Offen-bányæ incunabulis locaveram , sed præter ea , quæ recensui alind nil occurrit , ac jura quadam Civibus a priscis Regibus concessa , quæ lubens iuncte e literis diplomaticis transstulisse omnia , sed tedium apud lectors excivilem non exiguum ; futurum enim erat , ut si ex originali cuncta ordine suo descripissim , his tantummodo maximam operis mei partem adimpleam . Membrana autographi in latitudinem unius oloæ civilis , duarum in longitudinem extendebarunt , ducentas nonaginta duas linearum series continebat , plurimam obscurorum characterum congeriem . Hoc tamen colligere licuit : Offen-bányam An. 1325. Onimberg

Onunberg , Onemberg , Ann. 1391. Ümberg , Ann. 1417.  
 Offombányam , singulis tamen retro annis Ungarico idiomate  
 Aranyas - Banya nuncupatam fuisse.

Jura quibus alia montanæ Civitates eminebant , hæc etiam An. 1325. sibi concedi a Carolo Rege petit , Civibus , quos inter Godefridus Forchtlypp eminebat , Regem supplici libello convenientibus . Ipse itaque Dominus Carolus Rex ( ita autographon ) ad petitionem dictorum Urburiorum seu Magistrorum anti fodinæ , hospitibus Civitatis Onimberg seu Aranyas - banya & ipsorum successoribus de consilio prælatorum & Baronum regni sui concessit , ut perpetuo eisdem libertatibus , quibus aliarum aurifodinarum suarum Magistri , seu Urburarii utuntur , ipsis , & eorum posteri perfruantur ; similiter censem , seu octavam partem quartius aurifodinæ , Regiæ Majestati persolvere tenentur , prout Magistri , & Operarii aliarum aurifodinarum dant , & persolvunt ; specialiter autem universi incolæ dictæ Civitatis Onunberg , seu Aranyas Banya nominatae , hac perpetua gaudeant libertate , ut eos , vel aliquem ex ipsis nullo unquam tempore , Judices , nunc & pro tempore constituti , vel eorum vicces gerentes in quibuslibet causis contra quospiam possint judicare , sed solum in præsentia Regiæ Majestatis , vel Judicis Curiæ Regiæ adstare teneantur . Præterea hoc eodem diplomate terram his Civibus adspicat unus , & dimidia Raſz in circiuu , ne ligni cædui defectum patientur . Hæc eadem Sigismundus confirmavit Anno 1437. VIII. Kal. Mens. Apr. Regnorum suorum Anno Hungariae 51. Romanorum 27. Bohemiae 17. Imperii 4.

## §. X.

# Sedes Aranyas.

**P**one fluvium Aranyos diversatus multum scitabar, ubi Sedes Aurea, vulgo Aranyos sita esset, putabam enim fore, ut si uspiam, hac imprimis in aurea Sede illustris vocabuli causas, Aurarias detegam; nec tamen quicquam aliud reperire licuit, ac nomen Aureæ Sedis ab amne aureo, vulgo Aranyos, qui provinciam hanc interluit, derivari; Amnis hic Siculæ Patolus, e parte seprctrionali effusus Sedem hanc a Comitatu Tordensi, quem ab arcto respicit, dividit, arenasque suas aureas nunc parcus, alias liberalius pro majori aquarum congerie profundit. Cur Sedes hæc a Comitatu Tordensi, suo nimirum avulsa sit corpore, atque in Siculorum potestate transierit ad perennem posterorum memoriam commonistrabo simul, & qua ratione non audire tantum, sed aurea esse queat, pandam. Communis Historiographorum fert opinio: a Bela IV. Siculis hanc terram collatam fuisse, propter insignem fidem Regi præstam, & eximiam fortitudinem, qua Tartaro. e tota pene, Transilvania exesse coegerunt, Historicis tamen istis, Belæ IV. loco, Stephano quintum Belæ filium, terræ Aranyos primum collatorem exhibeo in Diplomate, quod Andreas III. confirmarat,

„ Andreas DEI Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Re,  
 „ mæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariaque  
 „ Rex. Omib[us] Christi fidelibus, prætentem paginam inspeaturis  
 „ lalutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam tenore

præ-

„ præsentium, harum serie volumus pervenire ; quod accedentes  
 „ ad nostram præsentiam universi Siculi de Kézdi super terra Ara-  
 „ nyos residentes, exhibuerunt nobis privilegium Ladislai Regis  
 „ illustris recordationis carissimi fratris nostri patruelis, super fa-  
 „ cto collationis cujusdam terræ castrí nostri de Torda Aranyos,  
 „ vocatæ, juxta fluvios , & inter fluvios Maros , & Aranyos  
 „ existentis, constitutum ; petentes a nobis cum instantia , ut  
 „ ipsum privilegium, collationem dictæ terræ de benignitate regia  
 „ innovando ratum habere, & nostro dignaremur privilegio con-  
 „ firmare , cujus quidem privilegii tenor talis est.

„ Ladislaus DEI Gratia Hungariae , Dalmatiæ , Croatiae ,  
 „ Ramae , Serviae , Galliciae , Lodomericæ , Commaniæ , Bul-  
 „ gariæque Rex . Omnibus Christi fidelibus præsens scriptum in-  
 „ specturis salutem in salutis largitore . Ut collationes principum  
 „ perpetua firmitate solidentur , seu fulciantur , literarum testi-  
 „ monio solent communiri , sive perennari , inconcussum quippe  
 „ permanet , quod Regio fuerit patrocinio communictum . Pro-  
 „ inde ad universorum tam præsentium , quam futurorum notitiam ,  
 „ harum serie volamus pervenire , quod nos consideratis fidelitati-  
 „ bus , & meritorum servitiis Siculorum nostrorum super terra  
 „ Aranyos commorantium seu residentium , quæ primo Domino  
 „ Regi Stephano Patri nostro carissimo , & per consequens nobis  
 „ cum summo ardore fidelitatis laudabiliter exhibuerunt , ut fideliter  
 „ sic devote , quæ quidem per singula suo modo longum esset ennar-  
 „ rare , & fastidium generaret , sed quædam de fidelitatibus & me-  
 „ ritorum servitiis eorundem Siculorum præsentibus fecimus in-  
 „ renda , sane : nam , cum Comani versi in perfidiam ausu teme-  
 rario elevato vexillo crimen læsz Majestatis non formidantes in

„ Hoc contra personam nostram insurrexerant, convenerant; iidem  
„ Siculi dubios eventus fortunæ non vertentes, nobis cernentibus  
„ contra ipsos Comanos, & aciem eorundem se viriliter, & iau-  
„ dabiliter oppulerunt, & in eodem prælio nobis multipliciter-  
„ meruerunt complacere, præterea cum perfida gens Tàrtarorum  
„ regnum nostrum hostiliter, & crudeliter adiisset, & maximam  
„ partem Regni nostri vastibus diris, & spolis peragrasset, ac  
„ infinitam multitudinem regni nostri in sua feroci captivitate abdu-  
„ ceret, & iidem Tartari spoliis bonis, & rebus regni nostri one-  
„ rati ad propria remearent, prædicti Siculi contra insultum, &  
„ rabiem eorundem Tartarorum pro liberatione Patriæ, gentis  
„ suæ, castro Turuzkon se viriliter objecerunt, & contra eos-  
„ dem Tartaros laudabiliter diricarunt, & eodem confictu plus  
„ quam mille homines de miserabili & enormi captivitate eorundem  
„ Tartarorum liberarunt. Nos itaque, qui ex officio suscepiti re-  
„ giminis metiri debemus, & pensare merita singulorum, & uni-  
„ cuique respondere juxta exigentiam suorum meritorum, recensem-  
„ tes gratiofa, & laudabilia servitia eorundem Siculorum Domino  
„ Regi Stephano & nobis exhibita, terram castræ nostri de Thor-  
„ da Aranyos, vel etiam juxta fluvios Aranyos & Maros existen-  
„ tem, quam primo idem Dominus Rex Stephanus eisdem Siculis  
„ contulerat, prædictis Siculis, & suis hæredibus, hæredumque  
„ suorum successoribus in recompensationem fidelium servitorum  
„ ipsorum Siculorum, & pro octuaginta equis, quos ab eisdem  
„ Siculis in necessitate nostra receperimus, cum omnibus utilitatibus  
„ & pertinentiis suis dedimus, & contulimus, & etiam tradidi-  
„ mus jure perpetuo irrevocabiliter possidendi; ut itaque hujus  
„ collationis nostræ series robur obtineat perpetua firmitatis, præ-  
„ fentes concessimns literas, duplicis Sigilli munimine roboratas.

Datum

„ Datum per manus Venerabilis Patris Gregorii DEI gratia Epi-  
 „ scopi Chyanadiensis, aulæ nostræ Vice-Cancellarii dilecti & fide-  
 „ lis nostri. Anno Domini Millesto ducentesimo, octuagesimo  
 „ nono, quarto decimo Kalendas Octobris, regni autem nostri  
 „ decimo octavo.

Nos itaque justis petitionibus prædictorum Siculorum nostro-  
 rum favorabilem consensum adhibentes, recensentes maxime fer-  
 „ vitia eorundem Stephano Regi claræ memoriaræ patrueli nostro  
 „ carissimo, Ladislao Regi illustris recordationis fratri nostro patru-  
 „ eli, fideliter exhibita, & impensa, prædictam terram castri nostri  
 „ de Torda Aranyos vocatam, simul cum terris pertinentibus ad  
 „ eandem, Felvinz scilicet, Eörményes, Hidasteluk, Medyes,  
 „ Dumboron, Mutachi, Kerechiethi, Bagun, Keurnd, Thur-  
 „ da-Vár, Chiege, Igiechy, Bordog, Kerekigház, Hory,  
 „ Viteluk, Palanteluk, Fyúzeg, Bogad, Lyukiteluk, Ku-  
 „ chyard, Felekház, Zeteluk, Feldvar, Keteluk, Turoz-  
 „ kon, castrum scilicet commune cum provincialibus, Chiacon-  
 „ teluk Farkaszeg, & Obróhhonosa vicinitatis, & aliis omnibus  
 „ earundem pertinentiis, sylvis videlicet, foënetis, pratis, ter-  
 „ ris arabilibus, & aquis reliquimus eidem Siculis nostris, sine  
 „ tamen præjudicio alieni juris possidendas, prædictum privilegium  
 „ carissimi fratris nostri non cancellatum, non abrasum, nec in  
 „ aliqua sui parte diminutum, ratum habendo, & acceptum de  
 „ verbo ad verbum præsentibus insertum patrocinio nostri privile-  
 „ gii, duximus confirmandum, in cuius rei memoriam perpetuam  
 „ que firmitatem præsentibus concessimus literas duplicis Sigilli no-  
 „ stri munimine roboratas. Datum per manus discreti Viri Magi-  
 „ stri

„ stri Theodori Albensis Ecclesiæ Præpositi, aulæ nostræ Vice-  
 „ Cancellarii Dilecti, & Fidelis nostri. Anno Domini Millesimo  
 „ Ducentesimo nonagesimo primo, Regni autem nostri Anno pri-  
 „ mo, quarto idus Martii, Venerabilitus Patribus Ladomiro  
 „ Strigonensi, & Joanne Colocensi Archi-Episcopis, Andrea  
 „ Jaurineni, Benedicto Vesprimensi, Pasca Nitriensi, Andrea  
 „ Agriensi, Ladislao Vacensi, Petro Transilvanensi, Benedicto  
 „ Varadiensi, Gregorio Chyanadiensi, Joanne Zagrabiensi, Ponca  
 „ Sirivensis & Thoma Bozneusi, Episcopis, Ecclesiæ DEI si-  
 „ deliter gubernantibus. Nicolao Palatino Comite Simigensi, Jo-  
 „ anne Magistro Tavernicorum nostrorum, Comite Supremo.  
 „ Thoma Vice-Judice Curia nostra, Henrico Bano totius Sclavo-  
 „ nia, Folando Majvoda Transilvanico & Comite Zolnok,  
 „ Moyse Comite Siculorum nostrorum, Ladislao Magistro Dapi-  
 „ serorum nostrorum, & aliis quam pluribus Baronibus, Regni  
 „ nostri Comitatus teuentibus & honores ) eadem Sigismundus  
 „ Wladislaus, Mathias confirmarunt.

Hæc aurea Sedes, & audit, & est, qua enim montes re-  
 spicit, undique per declive collium Flözwerk fibras auriloturæ  
 aptissimæ ostentat, subtus imprimis illos montes, qui ex occi-  
 dentali parte Sedem auream a Comitatu Tordensi sejungunt,  
 & qua Bore & Vidol ad aureum annum protenduntur, prisco-  
 rum aurilegorum industria, aquæ ductum, transitorum vestigia  
 hodie conspicua sunt. Mea sententia si quæ Transilvaniæ pars,  
 hæc certe aurilegulis undique, cumulateque dispergiendis repleti  
 deberet. Manifestum enim est, fluvium Aranyos anri arenis  
 nunc etiam turgere, olim ramentis, & id genus auri massa  
 abundasse. nunquid vero fluviis id solenne, ut alvei cursum

DUNC

nunc vertant, nunc iterum innovent, & antiquis sæpe adlabantur insulis, & novas ordiantur, ne forte in unius solum viciniæ commodum, vel interitum conspirasse videantur; si igitur illa terræ strata, quæ a pluribus retro sæculis Aranyos inundavit, effoderentur, elutriationi consuetæ subjicerentur, maiores multo fructus numerarent incolæ, quam si montium inter viscera dubias auri vevas consecuti, dies noctesque pallescerent. Ad hæc: fluviorum alveis alia atque alia strata, & aggesta ad crescunt, nec enim planum inclinatum, quo defluunt, profundius, sed elevatus esse visitur, forte non aliter, ac ubi lapidescentes aquæ novis continuo stratis sui ipsarum cursum morantur, ita fluyii dum secundo labuntur cursu nova limi, arenarum, lapillorumque congerie strata sua cumulant, patet istud e columna, solius aquæ Danubialis constanti alluvione incrufata, quam gloriose memoria Imperator Franciscus de pontis Trajani ruderibus erui fecit; putarem certe futurum, nisi a procellosa tempestate fluviorum alvei sæpe commoverentur, ut paucos inter annos suas fluvii ripas propter continuam fundi accessionem transcenderent. His itaque in stratis, hac fabuli congerie, & per plura sæculorum spatia aurea semper alveosi fundi accessione, quis nisi veritatis impugnator negare audeat, priscarum illarum divitiarum partem, quas olim Reges & Principes, in, & ex Aranyos legebant, etiamnum delitescere. Priusquam auream hanc provinciam valere sinam, Wolfgango e Comitibus Kemény, Majorum suorum, Joannis nimirum Principis Transilvaniæ, Ladislai Gubernatoris Genitorisque sui, hæredi dignissimo, Nafonis istud occino.

*Dii tibi dent annos, a Te nam cætera fumes,  
Sint modo virtuti tempora longa Tuæ.*

## §. XI.

## Abrud-Zeller

**A**Brud-zeller vicus nullo constanti venarum metallicarum ductu gloriatur, mineras fibris, glomeraminibus auro interstinctis eluit ad lacum artefactum, qui aquam centum sexaginta duabus molis tuioriis sufficit.

## §. XII.

## Volkoi.

**E**Præalto Monte Volkoi despiciens, vallis se se objicit; quam tres rivi iuterluunt, Valle-Sassa, hic viginti quinque, Stolnissora viginti novem, Nigelassa viginti octo molas impellunt. Mons Septentrionem procera altitudine, ingenti rupina bifidus consalutat, ferunt grandes natu Valachi, se traditione majorum accepisse, plurimas hoc ex monte divitias in Transilvaniæ Principes redundasse; culturam inobilem ostentabat cameratum opus tantæ capacitatis, ut currus quatuor equorum jugo acti facile id ingredi, & ex eo egredi potuerint, initium istius ductus cunealis decidua terræ mole consepultum est. Venarum ductus ex Oriente, in Occidentem flexi, nunc etiam colonis propitiis, in molis tuforiis auri copiam non contemnendam elargiuntur, tametsi novam cavaturam orsi non sint, sed antiquorum tantum vestigiis insistant; pars molarum rivo Valle-Albe, pars autem aqua lacus artefacti, qui Zalathnam respectat, promoventur; fodinæ, foramina, putei sunt facile

septuaginta , qui etiam hodie visuntur ; si cuniculo generali montem suffodi operæ pretium esset , initium ductus horæ sextæ acus magneticæ respondeat oporteret , & non ante , quam effossis centum triginta tribus orgiis venas montis principes oblique , decussatimque secaret . Montis altitudo , quantum e Mapa ichnographica conjectare licet , centum quinquaginta orgyas transcendit .

### §. XIII.

## Zalathna.

**Z**alathna oppidum , quod Ampoi fluvius interluit , vetustissimis Regum , Principumque privilegiis communatum , nunc supre- mo auri Coactore Domino de Nelman , in Metallurgicis ad insignem eruditionem docto , simul , & ab impensa Aurariis cura consultissima , felicissimaque , multorum retro annorum illustri fa- ma vulgatissimo , tum aliorum peritissimorum industriis & Ma- gistratu inclytum , Alba - Carolina , qua occidentem respicimus , quinque horarum intervallo dissitum , celebriores inter auri fodi- nas , has numerat . Facebat mons meridiei obversus ingentes priscorum conatus etiam hodie celebrat , quorum puteos generali cuniculo suffossuri , tercentas orgyas nostra ætate cavando superau- ruant . In ea montis parte , quam Jepore vocant , ditissimam pau- cis abhinc annis auri fodinam reperere , hanc Matri DEI , quam a gratiarum loco , Lauretanam dici volunt , nuncupavere ; initium ductus cunealis horæ magnetis secundæ supra vigesimam • campus ipse , qui suas ubere fundit divitias horæ quartæ super vi- gesimam respondet , centenarius mineræ ditissimæ ducentas , vul- garis autem mineræ viginti , vel quadraginta semi - uncias elar- gitur .

gitur ; cum in secturas superne altius penetraverint , spes est in dies majores habituros accessiones , hæc illa sors est auri , quæ totam forte latet Europam , notum quidem est Antimonium folare , sed istud admiratione majore idcirco dignum , quod leve adeo sit , ut si molis tuforiis subigatur , flavæ instar spumæ disperreat ; sin vero igni committatur , aurum roris instar exsudat , & hoc viginti trium caratarum est . Massa metallica , ut plurimum lapidi corneo jungitur . Ex hac sinistram versus , altera hiat fodina etiam MARIÆ DEI Genitrici dicata , ad antiquissimam cavaturam Propesteni vergens , olim avidos satiabat colonos , centenarius ducentas quinguaginta duas semi-uncias reddebat . infima fodina Sigismundi , a cognomine Rege' vocata , olim omnibus præstantior , nunc pauper est , aurum quod fundebat , speciem calcis aureæ referebat , quæ præter duos argenti Denarios , quanta quanta aurea fuit . Vide Fig. 2. A. Propesteni præcipitum sic dictum , ad quod diversorum urburariorum operæ : B. MARIÆ cuneus C. secturæ variæ D. lacus ad Sigismundi cuneum pertinens E. Sigismundi cuneus F. puteus . Fig. 3. Fodinam , DEI Genitrici a laureto dictæ sacratam refert . A. initium cunei B. primorum locus fructuum . C. D. continuati fructus E. superne pertusa moles non sine fructu maximo .

Commiseror eorum sorti , qui a multis retro annis Sigismundi fodinam inani spe cavant , his ego solatii loco vicissitudines quorundam referam , ut credita Numini spe , a coepio non desistant . CL. Bellius ita in hanc rem : Guilielmus Gallafonius ( Schemopicii in Ungaria ) sæculo superiore D. Andreæ cuniculum recludit , diu , & operas fatigabat Gallafonius , & conceptam

animo opimi successus fiduciam, cum ad ultimum vanæ spes, non ære modo, sed meliore etiam valetudine bonum illum fraudarent, ergo ne ad incitas redigeretur penitus, manum ab opere subduxit. Nihil Gallisonii vestigiis territus Joannes Bapt. Voikius auri ab argento apud ærarium discriminator, contentione pertinaciore in opus imcumbit; at vero, patrimonio sensim producto in summas rei familiaris angustias præceps agitur, sed ille propositi tenax, corrogato etiam ære alieno nil in terebrando cuniculo refidui fecit, verum in irritum recidere conatus omnes, jaunque a metallariis desertus vix habebat, quo vitam truderet. miser, cum annulum signatorium, qui unus ex ea opus clade superabat, pignori apponit, metallicos ad resumendas operis convocat, & de successu feliciore mente præлага, opima quæque spondet: instaurato vix dum labore, aptiunt se venæ non divites modo, sed ita procurrentes, ut constantem pollicerentur opulentiam, & crevere effosi in dies metalli redditus tanta ubertate, ut 1647. non grande modo æs alienum, quo se implicuerat, penitus dissolveret, sed etiam rei familiaris damna feliciter repararet, ut documentum hoc apud posteros extaret, munifica largitione familiam sacram Viennæ ad D. Nicolai eximie locupletavit. Nimirum studiis metallicis dediti, nunc ad pulvisculum rediguntur, nunc iterum ditantur subito, raro autem ad seros usque nepotes eundem opulentia tenorem conservare queunt.

Brafa monti Facebai oppositus compluribus annis privato-  
aum solertia fossus An. 1761. e puteo SS. Petri & Pauli in  
spatho plumbeo aurum obryzum dabat Anno. 1754. glomeramen  
ruri, sphæram scite effigians inventum est, appendit tercentos  
septua-

septuaginta sex Rhenenses ; ferunt accolæ montem Brasa sexaginta orgiis in cuniculum generalem ab antiquis cavatum excurrere , plurimi putei parte illa visuntur , quæ septentrionem , & pagum Almasch respectat , cuniculus trium Regum aurum nunquam sine argento & plumbbo reddit . In cuniculo OO. SS. tametsi fibras metallicas ita persecuti sint , ut unam 250 orgiis , alteram 182. effoderint , campum tamen *feld ort* , nondum attigerunt . Vide Fig. 4. A ingressus in profundissimum cuneum nunc obrutum . B. SS. Petri & Pauli cuneus , C. ubi aurum erutum . D. campus primarius . e e e diversæ secuturæ F. S. Xaverii cuneus G. puteus ad investiganda uberiora . H H. II. priscorum operæ . Altitudo montis centum triginta orgiis definitur , profundum aquis scatet .

Rufina , id unum huic monti deferendum censeo : non obfuturum , si cuniculo generali operæ antiquorum investigarentur , omnes enim in ruinam abierunt , Vulgus ait fodinam hic aliquam S. Annae existisse , cuius mineras sexaginta equorum admiciculo Zalathnam excoquendas conferre solitum erat , hujus montis mineræ sunt antimoniales , facile decem semi-uncias argenti tribuunt , cuius marca duodecim auri denarios largitur .

Advertendum singulariter : Montes Facebai , Brasa , Rufina , metallicos venerum ductus habere omnino parallellos , quid si uno generali cuniculo suffoderentur ? Monti-kicsera viride aurum innascitur , primo intuitu , nil ab arboreo mulco differre putares , bonitate quatuordecim carattas adæquat . Secturas alias , ubi de Mercurio differo , adferam , quæ omnes ætatem suam multorum

torum spatiis sæculorum vix tandem definient. E privilegiis Zalathnensium, quæ Urburariis Reges Hungariæ concesserant, antiquius nullum scio, ac sit Ludovici, adjicio istud, quod Majorum memoriam diplomatis confirmatam, omnium maxime extendam esse censem.

„ Ludovicus DEI Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Rame,  
 „ Serviæ, Gallicæ, Lodenriæ Commissariæ, Bulgariæque Rex,  
 „ Princeps Salleritanus, & honoris montis sancti Angeli Domini  
 „ nus, omnibus Christi fidelibus præsentibus & futuris præsen-  
 „ tium notitiam habituris salutem in salutis largitore. Solet a  
 „ Principe confirmari, quod licite postulatur, quia scilicet juris  
 „ est occupata indebitè ad statum pristinum revocare, li est  
 „ æquitati consonum, obtenta legitime, Regio Patrocinio robo-  
 „ rare, proinde ad univer'orum notitiam harum serie volu-  
 „ mus pervenire, quod Nicolaus filius Kended Judex Civitatis  
 „ nostræ de Zalathna, sua, nec uon univer'sorum Civium &  
 „ hospitum nostrorum de eadem, in personis, ad nostræ Sereni-  
 „ tatis accedendo præsentiam, exhibuit nobis quasdam literas no-  
 „ stras patentes priori, & majori sigillo nostro in terra Uforæ  
 „ furtim sublato consignatas, super libertate dictæ Civitatis no-  
 „ stræ per nos concessa confectas, tenoris subsequentis; sup-  
 „ plicans nostro culmino Regio prece subjectivat, ut easdem lite-  
 „ ras nostras libertatesque eorum in eisdem expressas acceptare,  
 „ raticare, & novi sigilli nostri appensione pro eisdem digne-  
 „ mur confirmare quorum tenor talis est. Nos Ludovicus  
 „ DEI Gratia Rex Uogariæ &c. memoriae commendamus teno-  
 „ re præsentium significantes, quibus expedit uiversis, quod  
 „ nos ad humilem supplicationem Conradi, Plebani & Nicolai  
 „ Veyn-

„ Veynner dictæ Civitatis de Zlathna nobis in suis , nec non  
 „ in universoam Civium , & hospitum , ac montanorum nostro-  
 „ rum de eadem Zlathna personis porrectam utilitati ejusdem  
 „ montanæ nostræ de Zsathna invigilare cupientes , ut populi in  
 „ eadem , residentiam facientes in pacis pulchritudine sedeant , &  
 „ tranquilitate quiescant , ac libertatibus gratulentur oportunis , eis-  
 „ dem ex Regiæ Majestatis liberalitatis largidua benignitate du-  
 „ ximus annuendum , ut ipsi eorum posteri , omni ea libertate  
 „ fruanrur , qua cætera montana in Regno nostro existentia  
 „ gaudent , & fruuntur , idcirco universis , & quibuslibet Ur-  
 „ burariis nostris injungimus Regio sub edicto , ut ipsi eosdem  
 „ populos , seu montanos nostros de Zlathna in prædictis eorum  
 „ libertatibus admittant permanere , nec ipsos ultra eorum præ-  
 „ missas libertates in aliquo audeant molestare , præsentes autem  
 „ privilegiari permittimus . Quarto die festi {beatae Catharinæ  
 „ Virginis & Martyris , Anno Domini Millesimo trecentesimo  
 „ quinquagesimo septimo . Nos igitur prædictis supplicationi-  
 „ bus ipsis Nicolai filii Kended , tanquam justis , & modestis  
 „ Regio inclinati cum favore prætactas literas nostras , omni  
 „ prorsus vicio , & suspicione carentes præsentibus de verbo  
 „ ad verbum insertas quoad omnes sui continentias , & clau-  
 „ sulas acceptamus , approbamus , ratificamus , & pro eisdem  
 „ fidelibus Civibus , & hospitibus nostris de dicta Zlathna  
 „ eorumque posteritatibus nostra Regia autoritate perpetuo vali-  
 „ turas confirmamus præsentis privilegii nostri patrocinio me-  
 „ diante , in cuius confirmationis nostræ testimonium , firmita-  
 „ temque perpetuam præsentes concessimus literas nostras privile-  
 „ giales , pendentis , & authentici sigilli nostri novi duplicis mu-  
 „ nimine roboratas . Datum per manus Venerandi in Christo Pa-

„ tris Domini Nicolai Archi-Episcopi Strigoniensis, locique  
 „ ejusdem Comitis perpetui, aulæ nostræ Cancellarii, di-  
 „ lecti, & fidelis nostri, sexto Cal. Mensis Februarii, Anno Domini  
 „ Millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, regni autem nostri  
 „ anno vigesimo quarto. Venerandis in Christo Patribus &  
 „ Dominis, eodem Nicolao Strigonensi, Thoma Colocensi,  
 „ Ugolino Spalatensi, Nicolao Jadrensi, & Elia Ragusensi,  
 „ Archi-Episcopis, Demetrio Varadiensi, Dominico Transil-  
 „ vano, Colomano Jaurinen. Ladislao Vesprimiensi, Stephano  
 „ Zagrabien: Regni Sclavoniae Vicario generali, Dominico Chya-  
 „ nadiensi, Michaele Agriensi, Vilhelmo Quinque-Ecclesiensi,  
 „ Joanne Vacensi, Petro Bosnensi, Fratre Stephano Nitriensi,  
 „ Demetrio electo, confirmato Sirmiensi, altero Demetrio No-  
 „ nen: Nicolao Tragurin. Stephano Phar: Valentino Macar:  
 „ Mattheo Sibinicen: Michaele Scardon: & Portia Segnien:  
 „ Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias DEI feliciter gubernantibus,  
 „ Tinniens: & Corbavie: Sedibus vacantibus Magnificis Viris Ni-  
 „ colao Konth Palatino, Dyoniso Vajvoda Transilvano, &  
 „ Comite Stephano Bubek Judice Curiæ nostræ, Joanne Ma-  
 „ gistro Tavernicorum nostrorum, Nicolao de Zéch Dalmatiae, &  
 „ Croatiæ Nicolao de Machor Banis, Petro Zudar Pincerna-  
 „ rum, Paulo Dapiferorum, Emerico Agazonum, Joanne Ja-  
 „ nitorum nostrorum Magistris ac Magnifico Benedicto Comite  
 „ Puzonien: aliisque quam pluribus Comitatus Regui nostri te-  
 „ nentibus & honores.

Hæc eadem Sigismundus confirmarat, dato super hæc diplo-  
 mate per manus Reverendissimi in Christo Patris Domini Domi-  
 ni Joannis Archi-Episcopi Ecclesiae Strigonien: locique ejusdem  
 Comi-

Comitis perpetui, aulæ suæ, reginalisque mansionum eximiū Cancellarii. Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo decimo Kal. Mensis Martii Regni autem anno quarto.

Sæpe Tabularum quatuordam mentio fit, quibus statum auri pretium defioiebatur, harum Sigismundus in adnexis Zalathnensium privilegiis ita meminit.

„ Sigismundus DEI Gratia Romanorum Rex semper Aug-  
 „ stus, ac Hungariæ Bohemiæ Dalmatiæ Croatiae &c. Rex, Fi-  
 „ delibus nostris Comitibus Urburarum nostrarum in Monta-  
 „ nis nostris Zlathna-bánya vocatis, nunc constitutis, & in fu-  
 „ turum constituendis, præsentium notitiam habituris salutem, &  
 „ gratian. Pro parte fidelium nostrorum universorum, &  
 „ singulorum, Civium Hospitium & Montanistarum in locis  
 „ montanis nostris commorantium, Celsitudini nostræ exponitur  
 „ gravi cum querela, quod sæpe contingeret, quod Comites  
 „ ipsarum Urburarum nostrarum per nos constitutarum, medio  
 „ ipsorum in primo ipsorum accesu, & introitu, universas li-  
 „ bertates jura & libertatum prærogativas per Divos Reges  
 „ Ungariæ nostros scilicet prædecessores, & consequenter per  
 „ nostram Majestatem eis gratiose concessas, laudabilesque ipso-  
 „ rum consuetudines & observantias illibate, & irrefragabiliter  
 „ observare permittant, tamen ex post hujusmodi libertatibus,  
 „ consuetudinibus abjectis, proventus ipsorum in auro & flore  
 „ auri, secundum Tabulam & consuetudinem dictarum Montana-  
 „ rum nostrarum ipsis extradere, literas etiam nostras Regales,  
 „ & alia Literalia ipsorum instrumenta in suis vigoribus obser-  
 „ vare recularent, in eorum præmissarum libertatum, præro-  
 E 5 gativa-

„ gativarum derogamen valde grande , super quo supplicatum  
 „ exstigit , & eisdem exponentibus per nostram Majestatem  
 „ opportune providendum est , quia nos libertatibus laudabili-  
 „ bus & consuetudinibus ipsarum Montanarum nostrarum , conse-  
 „ quenterque Civium , hospitum , & montanistarum earundem  
 „ per quospiam nolumus indebite derogari . Igitur Fidelitati  
 „ vestrae , cuiilibet vestrum firmiter præcipiendo mandamus , qua-  
 „ tenus amodo in antea cessantibus universis novitatibus , ac  
 „ abusivis consuetudinibus per vos in contrarium præmissarum  
 „ literarum prædictarum prædecessorum nostrorum , & consequen-  
 „ ter nostrarum indebite introductis , & introducendis , præ-  
 „ dictos Cives , populos , & Montanistas nostros , eorum  
 „ justis libertatum prærogativis , gratiosis indultis , laudabilibus-  
 „ que consuetudinibus supradictis libere & pacifice , aliquo  
 „ aliquarum novitatum adinventarum , & introductarum abusu ,  
 „ uti , frui & gaudere permittatis , prædictasque literas dicto-  
 „ rum nostrorum Prædecessorum , & consequenter nostras juxta  
 „ suos vigores observando , prædictis proventus ipsorum in auro ,  
 „ & flore auri , eis juxta Tabulam , & consuetudinem earundem  
 „ & aliarum Montanarum nostrarum & signanter Crempniciens . &  
 „ Bistricien . reddere extradere debeat , secus nequam  
 „ facere ausuri in præmissis , gratiae nostræ sub obtentu , præ-  
 „ sentes & jam perfectas reddi jubemus præsentanti . Datum in  
 „ Keve , secundo die Festi Visitationis Virginis gloriosæ . Anno  
 „ Domini millesimo quadrageentesimo vigesimo octavo Regnum  
 „ nostrorum anno Hung . quadragesimo primo Romanor . 18 . &  
 „ Bohemiz octavo .

## §. XIV.

## Nagy-Almás.

**Z** Alathna tanquam e specula, Cis Marusium Chrysumque procurrentes aurarias contemplanti, Occidentemque respicienti Nagy-almás obviam fit, cui Mons Brasa ad Septentrionalem plagam adjacet. (Vide supra montem Brasa) multis aquarum ordinibus, utinam pluribus, quidquid in vicinia eruitur, hic in pollinem contundunt, sed ad exiguum rivum non nisi vere & autumno sibi prosperant, siquidem lacus montium Rudile-Baba & Petra-sak intercapidine cinctus, aggere pessimo communitus, interitum sui prænuntiat. Mineræ hujus loci spathopyrite, antimonio turgent, quæ non raro obryzum aurum ducriminant.

## §. XV.

## Pojana.

**V**icus Pojana, nobile olim aurum ex monte Vertes egerebat, vetustatis testes cumuli scoriarum nunc Valachis usui sunt, nullus in puteos aditus patet, mineræ tritu faciles, tusoriis pistillis non egent, in tribus omne aurum elui potest. Anno 1742. copiosis ab imbris vena se se metallica explicit in monte Dimbul-kupiatra, e qua cæruleo lividum quarzum durissimum adnatum lapidi auro nudo, nativo interspersum vellebatur, hæc vena in occidentem porrecta diu non tenuit, in multos abiit ramos,

ramos, denique in Septentrionem declinans, sui tantum vestigia reliquit tenuissima.

### §. XVI.

## Porkure.

**P**Orkure montem Cletras laudavit nunquam, nec mirum est, parem enim industriae, quæ multum inconstans est, fructum accipit, Obryzum Porkure nescit aurum, pauxillum e tritu minerarum educit, ut primum saxa e puteis eruta sunt, extemplo ea socii se se inter partiuntur, tum quassatoriis molis subigunt. Scrutabantur hi montem Valli Kureth imminentem, spem tamen omnem in decussatis, divergentibus, tantum non interituris venuulis reponere coacti sunt.

### §. XVII.

## Staniza.

**S**TANIZÆ montes, Jesuina & Dimbul eo loco siti sunt, ut nihil, quod ad metallurgiam faceret, desideretur, aquæ eis afflunt, cædui ligni copia præsto est, plaga orientalis venas ostendat optimas, aurum habent auro montis Facebai non absimile 22. carattarum, industria & indefessum culturæ studium incolis commendandum supereft. Nondum aurarias cis Marusium sitas percurri, jam ad ad Chrysium amnem adpali.

### §. XVIII.

## §. XVIII.

## Körös - Bánnya.

Körös - Bánnya elegans oppidum, tribus, Csebe, Riska, Karatz, totidem vicis montibusque imperat, atque utinam iis tantum calendarum auri fodinarum causa imperitaret, in varia enim distractis colonis, nunc Provinciæ, jam oppido, Regi semper famulantibus vix superat, quo montium adita scrutentur, jacent operæ! & proh dolor jam in iuteritum vergunt. Magno dignæ contemplatione, metallicæ montium Magura venæ, ductus metallicus latus admodum, nullibi surum ostentat, ac in extremis, hujus ductus fimbriis, quæ utraque parte fimbriæ, digiti latitudinem vix æquant, furfurisque instar densatum constitutæque aurum exhibent, cætera moles metallica illa est, quæ nil fructus gignit, & dicitur Kampffig, lata duas orgyas, respondet horis decimæ & vigesimæ secundæ. Ut sibi pauperes Coloni, qua possunt consulant, malunt indiscriminatim tota vicinia scrobes fodere, & egestam terram, squarum ope, quas e nivibus, & imbribus in lacunas cogunt, eluere, erant illis quidem duo lacus, artefacti, sed conservandis, vel reparandis aggeribus plebs impar, dum unde unde impensas querit, & præstolatur, magno aquæ nisu perruptis aggeribus, quod erant, desiere. Vicinia late omnis illa propago est, quæ Flózverk audit, simbrarumque aurearum diversis glomeraminibus scatet, nec præter solum Olapjan huic aliud suppar. Nunquam fossor montes istos parvo cum fructu cavabit, dum societas coalescat, quæ spe in Numine reposita operas impendiis adjuvet.

Rever.

Revertor ad eas , quas cis Marusium tantisper reliqueram aurarias.

### § XIX.

## Ruda & Kricsur.

**R**UDA quot numerat incolas , tot metalli fossores , nec ullibi tota Dacia constantioris , plus emolumenti ex antiquorum puteis der alte man dictis hodie referunt , ac in montibus Lazur , & Kultzen , qua vallis montes istos dividit , ordine se se putent excipiunt , cuniculi generalis , quem prisci cæperunt , exstant vestigia , aggeris item lacusque , qui antiquorum operas agebat , montes utraque parte prominentes a nemine nunc velluntur , periti tamen omnes spondent , fore , ut cultores suos ditent . Venarum ductus septentrionem inter & meridiem porriguntur . Valachus equellum suum , dicam clittellarium , parte utraque , egesta mole minerifera onerans , ex ipsis ipsis antiquorum reliquiis unius piseti constanter fert fructum ; Molas tusorias viginti sex numerant , lacum habent , sine artis legibus consarcinatum . Kricsur duodecim molis quassatoriis operatur , utraque Kricsur nimirum , & Ruda cuniculo generali ab antiquis pertusa esse perhibentur .

### §. XX.

## G i n e l.

**G**INELII aurum albicans , quod nunc eviscerant , multo argento mixtum est , cuneum hic viginti orgiis majo-

majorem nescio, putei quindecim orgiis deprimuntur, lapidi nigro, gagatis instar, subtilissimæ venæ auri in crescunt, ductus metalli pyrite multo scatent.

### §. XXI.

### B o j c z a.

**B**OJCA aurum ignobile gignit, quia heterogeneis immixtum partibus, & cum primis argento, plumbo etiam interstitium, operæ metallicæ generalem cuniculum Rudolphi prædicant, cui alter incubit, Divæ Annæ patrociniis commendatus, in hoc sortes mineralium sulphureo illo halitu auri non inexperte, sed plus argenti promittente discriminantur, qui *reth gulden* vocatur. putei alii Divorum Josephi, Ignatii nominibus insigniti, fossores præmiant suos, certe ubi auri qualitas desideratur, quantitas impendia sarcit.

### §. XXII.

### H e r c z i g a n.

**P**ERANTQUOS tantum Patrum tumulos memorat, annis abhinc quatuor supra viginti D. Holzberg Montium Magister fructus ejus, quam coluit, fodinae non contemnendos retulit, pluri-mi putei in meridiem, & septentrionem cavati visuntur, cultura tamen propter frequentes controversias vapulat.

### §. XXIII.

## §. XXIII.

## F u z e s.

**F**Üzes exiguae vicus monti Malul suas debet operas, quantos Anno 1736. spondebat redditus, tantum suos colonos fecellit: priusquam enim eximiam minerarum copiam adparassent, ædificia liquandis mineris apta exstruunt, contractis itaque nominibus, tametsi mineræ plumbeæ argentum promitterent, expungendis tamen non erant. In puto SS Triadi nuncupato, item D. Barbaræ dicato, aurum nativum plumbagini mixtum non raro invenitur, vocantur hæ operæ neū Trsztyan, quod ipsum illum montem, cis cauare ceperint, e cujus adversa parte Trsztyan, antiquorum auri fodina nobilissima suum etiam hodie cultorem ditare posset copiosius.

## §. XXIV.

## T r f z t y a n.

**T**Rsztyan ab auro nativo, Lamellato constantique euri venarum ductu celebre. Locupletavit mons *Maulzarium* regum ab Anno 1710. usque 32. posteaquam ab Avita Comitum Gyulai Stirpe, Principi Brankovan, tum Chiliarchæ *Steinwillio*, denique regiis operis excolendum cessit. Non ferebat Comes Stephanus Gyulai Chyliarcha, hereditatem jure Majorum sibi debitam, detorqueri, impetravit etiam meritorum belli patratorum præstantia, & nominum, quibus obstrictum fuit totum Trsztyan, solutione, ut sibi, stirpique suæ redderetur, habent, quas

ven-

venturi nepotes Stephano ferant grates, duraturas enim in longam ætatem auri mineras, non ominor, tantum, sed adnuncio, dummodo cuniculo generali peritia metallurgica construendo, excavandoque monti insistant, nunc enim, quos contemplatus sum puteos, rapinas totidem esse, quisque recti amans asseverabit, hos si geometra subterraneus, sapiensque metallurgus rexerit, votis respondebunt omnia. D. de Bauman montis adita 1764. dimensus, terminos generalis cuniculi sapientissime definivit. Quid quod auri lotura in adstitis late stratis suppares fodinæ promittat divitias, si exstructis molis quassatoriis arena, limus, mica, schistus subdiales elutriarentur. Deinde, nulla Cremnicensium in Ungaria auri mineris similior, ac ista,

## §. XXV. Toplicza.

**T**opliczæ spem inter metumque cultæ fodinæ særissime suis arrisere colonis, peculiares illæ sunt, quæ suos thesauros monti Magura debent. D. Nepomuceni auspiciis fodi cæpti cunei puteique suis placuere cavatoribus, vix enim extrinsecam superficiem removerunt, actutum in obryzum aurum offendunt, cui depressiorem cuniculum S. Georgii suffodiunt, hoc egesto, cuneum prosecuti nigram fibram *schwarze kluft* dictam reperiunt, quæ annis circiter novem assulxit, tum S. Michaelis ductum appellatum eviscerant, superne in se se decussantibus "venulis magno industria commodo desudarunt, ut, fibras, ductusque mineriferos acutissimo angulo sectos facilius feliciusque prosequuntur

rentur S. Martini cuneum aperiunt, in quo quatuor tantum Principes venarum ductus visuntur, durum enim saxum venulas fibrillasque omnes univit, quæ in cæteris fôdinis, ubi mitorem naturam auriferum plasma invenit, in partes multo plurimas disperguntur.

Operis istis praefectus est D. Josephus Pock, qui ad insig-nem metallurgiæ notitiam, indefessam industriam suam in mo-menta conferre solenne habet, hic, ut Nepomuceni, Martinique venarum ductus, ad artis leges secare, transadigere queat, cuneos diuös, S. Rochi ex occidente in orientem, & Archi-Ducis Petri nominatum, ex oriente in occidentem excavat, in illo, quatuor principes venarum ductus attigit, in isto conce-ptam spem prædurus lapis moratur. In D. Rochi cuncio Ann. 1765. mense novembri dñiti latitudine obryzum aurum redundavit adeo, ut binæ operæ centum pilæta facile lucrificerint. S. Jo-sephi, tres metallicos ductus ostentat, non sine visibilis auri intersticiis. Ad pedem Montis, Abundiatæ DEI Geotrici dicatus cuneus hocce anno divitias magnas suppeditat. Sancti Floriani puteam, qui pauper est, adjuvapt Francisci de Paula, & S. Cracis redditus amplissimi, ubi sic dictum roth gulden per glomerampioa, valoris sexcentarum semi-unciarum auri viguit, sed aquæ operis ditissimis obicem ponunt, pene inexsuperabilem.

Domius Josephus Pock, præclarissimis conatibus montem Judenberg suffudit, & in quarzo latentem trium digitorum pul-cherrimam auri molam jam persequitur, nec quisquam aliis ante hunc egregiæ industriæ virum montem istum periclitatus est, ob-servavit ille profunda sua indagine montis Capite, vicinorumque

mon-

montium venarumqua strata, sicutumque, & in antiquum induxit cuneum Mariæ Victorij appellatum monti Matshies infodere, ut in montium illorum, ac imprimis fodinæ, divina spes dictæ, opulentas venas offenderet, nec spe sua frustrabitur, siquidem auri visibilis interstitia se se manifestant.

Fischer mons cuneos subtus numerat sequentes: S. Barbaræ, S. Xaxerii, hic novus præter auri visibilis interstitia exigua præbuit nihil, sed cum longius cavando processerint, spero fore, ut sit cæteris seppar. Montis Capite fodina pervetus, constantibus superiorum annorum divitiis gloriatur, de SS. Triados cuneo istud memorix commendandum: in superiore ejus parte puteum sex orgyarum abdeffung esfoliunt, & obryzum aurum copiose reperiunt, prosequi tamen laborem nequeunt ob aeris inclemiam, cuiculum igitur generalem admovent, & duorum annorum improba fossione extulata, hoc anno fructum simul lucrumque operarum sentient egregium, aurum obryzum quarzo cærulascente lamellatum, etiam furfuris instar, colore cupri æmulo eruitur, multa sunt interstitia, in quibus mineræ plumbæ bleischwæ copiosum increscit aurum, omnes hi Venarum ductus a meridie in septentrionem vergunt.

## II §. XXVI.

### C s e r t e s .

**C**Sertes monti Bagaje adjacentes operæ ab anno faculi nostri trigesimo inter effetas habentur, quid si aquæ machinis hydraulicis levarentur? quid si peritissimi quique in unum con-

filium momenta omnia conferrent, ad expugnandum illum lapidem cuius unam orgyam vellere nec centum octuaginta Rhenensium impendiis aut poterant, aut volebant, (x) redirent spero frustis conatibus impensis superiores, Triadi Sanctissimæ devotus puteus argentum tulit *glas erz* appellatum, tam exuberans, ut centenarius faxæ molis facile 70. semi-uncias egefficerit, in aliis fodinarum non paucis obryzum aurum vellebatur. Annis 1748, & 49. glomeramen auri repertum est, quod septuaginta quatuor millia Rhenensium Coactoribus suis numeravit, hic mons illo nomine venit, quod *Stokwerk* dicitur, multo plurimis fibris, venis, sed inconstantibus prædives, ubi ubi iuperficiem elutriant, aurum non contempnendo conatu eluunt.

### §. XXVII.

### F u r r a g e.

**F**Ourage vicinæ Csertesiniæ operæ, An. 1756. ingens lucrum tulerunt, utinam sagax aliquis causam negati postulatio emolumenti reperiret, signa latentis auri montem celebrant, antiquorum industriae quaqua versum singulares visuntur, ab his cavatus cuniculus perlongus supereft, quid igitur causæ quod a priscis redditibus cultores sui arceantur?

### §. XXVIII.

(x) Tollius Epist. Itin. 4. huc se ab Archi-Episcopo Pragensi accepisse refert: Hic, inquit, Illustrissimus Princeps & Archi-Episcopus cum in fodina quadam tam duram occurreret saxum, ut omnem etiam præstantissimi chalybis vim respueret, nec ulla ratione penetrari posset, ardens lardum petre affigi jussit, quo emollita, ferro tandem cessit. Felsö-bányennum in Ungaria ductus metallici, ut felicius effringi queant, compositis ordine lignellarum frustulis adoruntur.

## §. XXVIII.

## N a g y - á g.

Nagy-ág montes quanto aliis humiliores tanto pauciora latenter divitiarum signa dabant, si angustiae montium, decussataque latera penitus inspiciantur, vena metallica nulla centum viginti orgyas superare potest, & tamen ab An. 1749. usque 1761 tantum auri erutum hic est, ut avarissimis etiam votis sufficietrum crederetur, vena, quæ septentrionem lubeunt, jam enercentur, nec spes melior in cunneo S. Jacobi affulget, ultra nonaginta quatuor orgyas foso, in cuniculo innaculatae Virgini dicato in septentrionem proficie fodiunt. S. Bernardi puteus quindecim orgyas depresso a superiorum annorum redditibus multum dispar est. His ego non interitum fodinarum vaticinor, sed pauciores tantum redditus, & diem ex die decrescentes ostensum esse volui, nimium, quod superius innui, divitias magnas extus horizontem per omnem Transilvaniem inveniri. Habent tamen Nagy-agenses, fibras plurimas, *kluffien*, quas divisas, divergentes, decussatasque *curlafretuen* plicctuti, lucrum lucro ad memoriam posteriorum superaddituri sunt. Mira hæc est fors mineralia, quam specie tenus, vel purum antimonium, vel pauzillo argento mixtum dices, gravitatis autem tantæ, ut jure in suspicionem vocentur; si igni commitantur, antimonio in auras evolante argentum reliquum, auri partem maximam elargitur.

## §. XXIX.

## O l a - p j a n.

**M**Arusum trajicienti, & in plaoitem Szászpiam procurrenti colles objiciuntur, qui in proceros Valachiam a Transilvania secernentes montes desinunt, terrenum istud a Szászpiam mediæ horæ intervallo distitum Ola-pjan audit, ab auro, quod viginti tres carattas æquat celeberrimum, quaqua patet, & porrigitur, ad montes Csora, Tartaria, *Sesibur*, & Rikita undique, & undique fibris aureis ditissimum est, nulli hic metallici ductus constantes, nulla diversarum mineralium vestigia, sed fibræ, ramenta, grana, *flözverk* auri purissimi exuberant, vix una, duabus, raro denis orgiis effossis, continuo terram aureis ramentis turgidam egerunt, si cuperent fodere profundius, fallerentur, lapis enim Vatra dictus, basis est omnis illius aureæ si perimitio eius molis, atque istius aurei Promi-conti latitudo & longitudo facile 6000° superat, optarem bonis Colonis, quorum pars major Ægyptiaca propago Zingari sunt, plures lacus, e quorum aquis sibi, suæque auri culturæ prospicerent, sunt quidem illici, tres extemporanei, sed enim, si vitium faciant, ut sœpe fieri assolet, ab operis desistant, oportet, commodum esset per Alvincensium terras, quæ Ola-pjensem stratis simillimæ sunt, canalem ducere cujus constructio, per ipsam auri effosionem, nullo operarum damno, quia potius lucro maximo continuari, definirique posset. Vide superius, ubi de Körös-bányæ stratis differui, & infra, ubi Rodnaviæ operas adfero, plurima in his *Flözverk* auri solumodo puritate dissimilia se se offerunt.

## §. XXX.

## §. XXX.

## De Argento.

**A**rgentum metallum est album, malleabile sonorum. Kunke-lius mense integro argentum, & aurum a qualium dosium igne validissimo liquata exercuit, tamen argentum nisi parte saxagesima quarta pristini ponderis imminentum est. solvitur aqua forti, solutio cuti nigredinem ad fert. Invaluit opinio argentum esse metallum Cephalicum ex eo, quod e luna extracta cærulea tintura in epilepsis non contempnendi usus esse deprehendatur, unde mercurius lunæ ab aliquibus pro certissimo antieliptico laudatur, quid si autem non ex lunæ, sed adhærente huic portione, veneris cærulea tintura oriatur. Vide de his Cl. stahlium.

Paucas in Transilvania argenti mineras dari ex eo quod raras argenti fodinas numerent, affirmare non ausim, quin potius Ditisissimi Nagy-ag, de quibus supra, putei argentum auro ita gravidatum reddebant, ut ductilissimo auro friabilitatem parem regulo antimonii contentum argentum superinduxerit. Bojczæ argentum filamentorum criniumque instar effossum est, hujus putei a maxima quam de se præbebaut argenti spe, frequenti plumbagine mixti, argentiferos inter potius, quam auriferos censendi essent. Mons Trajka horæ intervallo a Trsztyan dissitus, quantus quantus est, Schemaicensium in Ungaria montium mineris simillimus est, montem istum variis antiquorum cuneis, puteisque scatentem, sed ingentibus ruivis cultoribus suis ingratum, Clementissimæ Memoriæ Imperator Franciscus I. inpendiis tanto Monarcha dignis referavit

fructum operarum ex mineris quas *rotb gulden* vocant, non dubito, receperit, argentum hoc rubescens, pleydron, arsenico, sulphurique mixtum est; color Rubinum, Cynabario, & inter utrumque medium æmulatur, præ cæteris illud æstimatur, quod albo pyriti venuis rubro nigris protuberantibus, quasi colliculis Cynabariniis turget. Hæc minera igne probata conceptam de se auri spem sæpe imminuit, sulphure in auras evolante, quare ruber color, qui etiam in omni sulphuris coctura visitur, nil aliud est, quam ope caloris & effervescentiæ halituum subterraneorum sublimatum sulphur, sane iugis noster ex Cynabari, arsenico, & calce lunæ inter se commixtis mineram argenti vitream, qualis in specubus argentiferis visitur, gignit. Clertesini argentum glaserz sulphure, & arsenico mixtum, malleabile, superius retuli, si tamen arsenicum partem compositi majorem constitutat, friabile redditur. Memioi exhibitas mihi Transilvaniæ mineras argenteas, quæ argentum nativum, mæsicum, granulatum, colore, & ductilitate plumbi referebant, sed cuius propago montis fuerint, non inotuit. Aurum e Ginel erui solitum fere sesqui altera sui parte argento turgere compertum est, color politum chalybem æmulatur, colonis tamen suis piseti quantitas non aliter, ac alterius auri boni rependitur. Kismuncelenses operæ non usque sunt jejuna, dum in eas inquirro, septem centenarii commolitæ, & elutriatæ massa sex marcas argenti & duas semi-uncias reddiderunt. In terra Fogaras, ad Villam *Marsching*, divitis argenti fodinæ spes non vana esset, si coleretur.

§. XXXI.  
De Cupro.

**C**Uprum metallum quod perdifficibus operis e sui minera elicatur, malleabile, elasticum, tenax, sonorum, flamma cæruleo viridi candescens, tingit aquam regiam flavo, fortem cæruleo colore.

E Diversissimis cupri speciebus copiosorem in Transilvania nescio aliam, ac quæ ex chalco-pyritibus educitur, nec hi chalco-pyrites aeri expositi foduntur uti pyrites ferrei, verum pro merito non æstimantur, omnis enim auro tribuitur honos, ipsa natura ignobilius istud metallum ad fines Daciæ relegavit. Mikenesini putent. SS: Simoni & Judæ nuncupatus fibras elegantissimas Cupri rosei coloris exhibet; nunc admodum, cum hæc scribere in animum induxi, D. Josephus de Pock, qui Toplicensibus præest aurariis in adstis Devæ montibus, qui occidentem respiciunt, cupri-fodinam impigre evicerat, periculo in Docymasia suscepto, centenarius mineræ sedecim libras cupri pollicetur, massum etiam hic foditur cuprum, & copia Malachitum adfluit. Vide P. 4. §. 1. ubi ex rescripto Bocskaiano patet statos fructus e cuprariis redundasse, quæ tamen istæ fuerint, non liquet, quid olim Réz-bánya dederit mihi non innovuit, si diriores alibi erant, in Montibus Banatu adjacentibus querantur operteret. De Vitriolo, Malachite suis in locis differam. Aurichalchum est cuprum camentatum liquatum cum Gálmei (y) & carbonum pulveribus. Metallum Tombacinnia sit e septem elegantis, aut

F 5

perve-

(y) Galmei est lapis Calaminaris, naturalis aurichalci neminit Plinius, in Ungaria vidi effosam massam aurichalcum scite rese-

perveteris cupri; quinque aurichalci semi-uncii, duabus stannii Anglicani drachmis. Ad massam Metallicorum speculorum, qui cuprum, stannum, arsenicum adhibent, vitia speculorum non evitabunt, suadeo his, ut arsenici loco spiauterum accipient, vel arsenicum cum calce ope artis præparent. Albatones, ut vocant, cupri, curiosæ hæ sunt: quatuor unciis cupri, addatur arsenici nitro fixati, & in globulos ope calcis vivæ redacti uncia semis, fusioni tertia pars argenti addatur, securius ages, si cupri ruborem, vel pumice, vel urinosis menstruis extraxeris. Quid si spiritu, qui ex præparatione Bezoardici mineralis reliquus est, cupri dealbationem tentaveris? hic spiritus auro colorem album superinducit, & ipse rubro colore tingitur, neque aurum istud colorem album in liquefactione amittit, forte hic dealbationis modus instrumentis usui necessariis accommodus effet.

Præter Cuprum Metalnum nullum est, quod in sui liquefactione exquisitam adeo industriam exigat, ut jam metallurgi nil antiquius habeant, ac methodum aliquam cogitare, qua molestam fusionem minuerent, notum est a prime omnibus, ignes copiosissimos, frigoria innumera, sylvas integras cupri mineris exurendis immolari, multum igitur metallurgos inter agitatum est, quid illud effet, quod magna impendia, laboresque molestissimos levaret, cum paucis abhinc diebus Amicus meus D. de Pol-

rentem, quid vetat es, cadmia fossili, Tutia, magnete, Zinci minera flavescente, lapide calaminari subterraneos inter ignes ita fagi, ut aurichalcum simulet? Kircherus L. X. p. 218. refert. inter Mexicum & Darienem speciem quandam aurichalci naturalis effodi.

Polzer, cui si fata invida non obfuissent, metallurgiam Dacicam exhausisset, ita mihi: ( Denique brevissima cupri liquefaciendi methodus ad nostras etiam aures adpulit, prætermis usculatio-nibus, fricationibus, si terra bitumiuosa Turfacea, vel lithan-traces, schisti carbonarii, cupri mineris rite commixta fuerint, omne id, quod innumeris usculationum tædiis vix tandem obti-nimus majoribus longe accessionibus definitur ) nempe Petro-leum Turfaceæ terræ, lythantracumq[ue] constitutivum ( vide infra ubi de his ago ) intensiore utique flammæ vi, quam vul-garis ignis nec ænulari poterit, carceres illos divellet, quibus arsenicum, & heterogeneæ partes concluæ mineris cupri offi-ciunt. Carbones fossiles, terras turfaceas Transilvania ubere subministrabit

## § XXXII.

### De Ferro.

Ferrum metallum Cinereæ album, durissimum, malleabile, elas-ticum, scintillans, longissime post caudescientiam liquescens, abit in vitrum prasinum, colore in aquæ forti conciliat fuscum, solvitur facilime omni sale, nulli e temperatis, vel frigidis climatis deest, minerarum omnium vel comes, vel præcur-sor, ipsius hydrargyri, quod amalgamari cum ferro sine artis ope nequit, familiaritatem subtus terram ambire testatur Cinabaris, quæ frequenter cum minera ferri in eodem subjesto reperitur, quo, difficulter aliquod statuæ corpus, quod ferro careret, nulli sunt vegetabilium Cineres, e quibus Magnetis ope ferrum non prolicias, erant, qui e sanguine humano, calcinatis ossibus, uribus

urinæ sedimento, integrisque animalium insectorumque corporibus crematis, ferrum eductum ostentabant, erant, qui in Crano humano, Vesicæ calculo, in terra calcaria aquæ pluviatili in-hærente, ferri molleculas detexerunt. Optimum istud vitæ, pessimumque instrumentum ut loquitur Plinius ubique suppetit. Transil-vania divites ferri-fodiuas uuam in Provincia Vajda-Hunyad, alteram Tordenii celebrat, erutum ex illa ferrum Principe loco, Hunyadense, ex hac effossum Toroczkense audit.

### §. XXXIII.

## Administratori Provinciæ Vajda-Hunyad.

### S. D.D. Philippo de Kern Felicitatem.

MUltum invicem agitavimus, ad quæ retro tempora Ferraria-rum V-Hunyad, vicinarumque incunabula referamus. Tatularium, quod Tibi præsto est, trium tantum sæculorum meminit, plebs late omnis Hebræam gentem eas inchoasse vulgat, forte vicus ille vester nunc Thalmis, olim Thalmud audiit, vocum affinitas, & quam Decebalus cum Hebræis consuetudinem habuisse legitur, jus quoque istis condendæ Civitatis in Transalpinæ Valachiæ angustiis concessum, vulgi opinionem utcunque firmant, si præterea Volmerium & Ulpiam cum Zamoscio vestræ Provinciæ adnumeres, etiam auri coactores apud vos floruisse ultro cedam. Nihil tamen adeo in rem nostram facere autumno, ac monumentum, quod ex Ostrovii pagi vestri non ignobilis ruderibus erutum est, en ipsum:

I. O.

I. O. M. D.  
**PRO SALVTEM BASS.**  
**AQVILÆ ET GAI GALANI**  
**EX COLL. FABR DEC. IIII.**  
**V. S. I. M.**

Viden ! Collegium Fabrorum , nunquid famulas Ferrarias censuerit ? utique pro Fabrorum Collegio illam intellegam sodalitatem , quæ ferrum exerceat , collegia siquidem nobilioribus metallis præposita , metallorum nomina signabant , ita A. A. A. F. F. Coll. Aur: Aur: Lustralis Coact: Exactores dici , scribique volebant. Confirmat ista Zamoſcius , qui vestros montes , non Portam Ferream , ut nunc vocare soletis , sed Portas Ferreas ab omni retro antiquitate dictos fuisse , contendit. Nempe Collegium Fabrorum ad Portas Ferreas ditissimos ferri montes a Romanis institutum est. Definivimus igitur originem Ferrariarum ? quantum conjectare fas est. Perge porro Vir Illustris munere , illustrior doctrina , ut cepisti mecum communicare , & quam pollicitus es curam in Ostrovii ruderibus collocandam , maturare velis. Vale.

MOOS ille , qui a pluribus sæculis marti famulatur , pago Gyallar aditus in Orientem pospectat , & Kropilele nuncupatur , distat a pervetusto Oppido Vajda-Hunyad duobus mil. liariis. Binæ Monti huic fodinæ insunt , Antiqua , & Nova dictæ , illa in cuneum centum viginti orgiis procurrat , & superne in altitudinem viginti orgyarum hiat , ductus enim metallicus in altitudinem montis assurgit , ista cœpit Anno 1743. & centum triginta orgias magnis impendiis , exiguis redditibus fossa ,  
hodie

hodie tamen cultoribus suis artidet, quia 1755. sagaci consilio cuniculum in antiquæ fodinæ ductum pertuderunt; Venæ martiæ in Boream vergunt, quarum densa, lata, cumulata adeo moles est, Stockwerk dicta, ut octonis vix orgiis definiator, Meridiem suppare Venæ respectabant, sed multum imminentæ sunt, quia nimium excisæ; e centenario mineræ decem inter horas percocto, puri ferri viginti sex libras educunt, centenarii pars vigesima purus ita Chalybs est, ut hunc sine negotio Cyclopes qui præsunt operis secernant. Præteruenti Cierna, quinque adjacent officinæ in quibus ferrum exercentes.

*Brontesque steropesque & nudus membra Pyrachmon  
Dum inter se se multa vi trachia tollunt,  
In numerum, verjantque tenui foriæ massam.*

perticas ut plurimum cofiant, usibus vulgi necessarias. Sunt inter has officinas, quæ duobus malleis, totidem tornacibus, quin etiam ternis liquatoriis instructæ sunt, sunt aliæ, fluvio Govasdia obnoxiae, hæ copiosiore igne, paucioribus malleis ferrum adglo-merant. Jurisdictioni Domini Vajda-Hunyad sublunt & illæ ferrariæ, quæ in Sede Szasz-Város prope pagum Sebes-helly aqua cognomine propelluntur. Mineræ Hunyadenses quarzo, rubrica, ochra lutea scatent, flores ferri perperam vocant incolæ superficie mineralium adnatum Antimonium fibris capillaribus sparsis, specie glas erz, flores enim ferri statuo similes stalactiti spatofo, neque tamen stalactites sunt die Tropffstein, quia hic ferro caret, flores autem ferri plus media sui parte ferum sunt.

Quoniam provida metallurgorum sollicitudo non tantum exquisitam fodinarum culturam , & absolutos operarum ad omnem legis artem institutarum ordines persequitur, sed alta indagine in venturos etiam nepotes fructum , & emolumentum industriae derivare parat , Dominii Fiscalis Administer Philippus de Kern , Ferri fodinam referat in territorio pagi Telek , ut vertentibus annis usui esse queat. Jam quod ferrarias hasce adtinet , nil mihi superat. Arcem pervetus opus lustranti placuit inscriptio literis Gothicis abbreviatis , authorem operis exhibens. Magnificus Joannes de Hunyad R. H. Gubernator An. Dñi 1452. hoc opus fieri fecit ; ubi nunc ferrum adservatur , olim comitiorum sedes erat , parte una iuxtae locus ita excavatus , & elaterio tensus est , ut quicunque huic insistere juberetur , contorto elaterio casum faceret , quo in frusta sectus , animam efficeret. Plurima per omnem arcem Gentilitia signa Corvini & Szilagii visuntur , in Sacra ædicula , quam pia liberalitas Domini de Kera iconē DEI Genitricis elegantissima , atque plurimo ad rem sacram ornata dotavit , exedra visitur , e qua olim D. Capistranus pro Concione dicere solitus erat. Meminerint accolæ Privilegii quod Isabella Regina Anno 1542. confirmavit , & in quo copiose , luculenteque ostensum legi potest , officium Auri-Campsoratus Provinciæ Hunyad , & Districtui Haczeg perenne ab antiquissimis Regibus , Principibusque privilegium concessum esse. Adjicio sententiam Isabellæ ex autographo descriptam , omissa , ut brevitati consulam , testium , testimoniorumque multitudine.

„ Nos Isabella DEI Gratia Regina Ungariæ , Dalmatiæ , „ Croatiae &c. Damus pro memoria , quod cum fideles nostri , Uni-

„ Universitas Nobilium Districtus de Haczeg Comitatus Hunyad,  
 „ Egregios, Michaelem Velzei, ac Franciscum de Szent-Laszlo  
 „ Comites Comitatus, & Castellanos Arcis Hunyad, qui causam  
 „ infra scriptam in persona fidelis nostri Magnifici Valentini Therek  
 „ de Ennyng Domini videlicet ipsorum tractaverunt in praesen-  
 „ tiam Reverendissimi in Christo Patris Domini Patris Georgii  
 „ Episcopi Ecclesiae Varadiensis, & in hoc Regno nostro Transfil-  
 „ vaniae locumtenentis Regii, traxisset in causam, & eadem  
 „ causa coram eodem locumtenente nostro Regio, diu venti-  
 „ lata tandem per viam appellationis in praesentiam nostræ Ma-  
 „ jestatis una cum attestationibus, & fassionibus testimoniis infra-  
 „ scriprorum ; super eo , utrum Comites & Castellani dictæ  
 „ Arcis Hunyad, ad Auri campionem, quam ad eandem Arcem  
 „ Hunyad iuxta antiquam libertatem, & consuetudinem eiusdem  
 „ arcis, & dicti districtus Haczeg, ac indultu Divorum Regum  
 „ Ungariae exercere , tractare , & facere habent, possint ex  
 „ arbitrio libero auri-campores juratos pro tempore substituere,  
 „ & auri-campioni Campores ea conditione praeficere , ut si  
 „ qui furtim aurum cambirent, pro lucro privato non mani-  
 „ bus eorundem Castellanorum administrarent, sed aliis causa  
 „ negotiandi divenderent, ad accusationem eorundem auri cam-  
 „ plorum illos cuiuscunque conditionis sive Nobiles sive ignobiles  
 „ existerent, invadendi, capiendi, & in persona, rebusque  
 „ puniendi, mulctandi & damnificandi habuissent potestatem ,  
 „ nec ne? per solitam formam juramenti factis & celebratis de-  
 „ ducta existisset, quarum quidem attestationum pro parte di-  
 „ citorum Comitum & Castellanorum, executarum series est ista.  
 „ Nobiles Gregortus Pesthesi de Némethy, Vice-Comes Comi-  
 „ tatus

„ tatus Hunyad Petrus Batthyek de Batthyek-falva, Joannes Chen-  
 „ theri de Pestez, Nicolaus de Zalasd, Petrus Pesthesi de  
 „ Némethy, Stephanus Feyer de eadem Némethy, Paulus de  
 „ Hordad, Martinus Chazar de eadem Hordad, Benedictus de  
 „ Kis-barcha, Lucas litaratus de Hordad Notarius Comit. Hu-  
 „ nyad. Gregorius Barchay de Nagy-Barcha, Benedictus Nagh  
 „ de Rakosd, Sebastianus de eadem Rakosd, Albertus Pethev  
 „ & Joannes de eadem Rakosd, Lucas & Stephanus Pethev,  
 „ Ladislaus Barla, Franciscus Farkas, de dicta Rakosd, Jo-  
 „ annes Synka de Sz-Király, Michael Thoma de Poynicza,  
 „ Thoma Porkalab, Kenezius de Poynicza, Paskota, Ke-  
 „ nezius de Regecze, Dan. de Zalasd, Joannes de Cherbel,  
 „ Nicolaus de Nadasd juratus auri campfor, Joannes Koizta  
 „ de Fereche Chenezii in eisdem posseSSIouibus commorant:  
 „ Petrus Nagy de Berecz, Petrus Jus de Ohába, Abraham de  
 „ Nadasd, Petrus de Monyarosd, alter Petrus de eadem Mo-  
 „ nyarosd, Michael Birchý de Zalasd, Ladislaus Radvalia de  
 „ Pestes, & Petrus Zyn de Brete-Jara Kenezii jurati, Andreas  
 „ de Farkadin, Michael de Wád, Nicolaus de Mazesd, La-  
 „ dislaus Barbath, de Barbathheyre. Ad fidem eorum DEO  
 „ debitam, fidelitatemque nobis & Sacré Coronæ Regni obser-  
 „ vandam, seorsim & singulatim interrogati sassi sunt eo modo  
 „ quomodo scient, quod officiales Castrí Hunyad semper juratos  
 „ auri-campores constituendi, & ea libertate usi fuissent, ut  
 „ quoscunq; illi Jurati auri-campores, ratione furtivæ auri-cam-  
 „ psonis eisdem Castellanis accusassent, sive fuissent nobiles sen-  
 „ ignobiles, tales omnes capiendi, multandi, & punieudi habui-  
 „ sent facultatem. &c. &c. Item Item &c. &c. Perfectis igitur  
 „ per ipsum Magistrum nostrum Prothonotarium (hic fuit Ma-

„ theus de Pernyes) &c. &c. Ob hoc idem Magister noster  
 „ Prothonotarius, eo modo, uti præfati Comites Castellani  
 „ & Officiales Castrorum Hunyad tam præsentes, quam futuri pro tem-  
 „ pore constituti, auri-campsores quos voluerint, homines  
 „ tamen probitate vitæ integros, non injuriosos, non malevo-  
 „ los, non suspectos, in terra & Comitatu Hunyad educatos, &  
 „ probam ac honestam genealogiam habentes pro tempore sub-  
 „ stituendi, & de fidelitate nobis, & filio nostro carissimo, no-  
 „ strisque successoribus, ac demum Dominis ipsorum & aliis  
 „ quibus congruit præstanda, eorum juramentum exigendi & re-  
 „ cipieandi, & præterea quoscunque jurati illi auri-campsores de-  
 „ furto auri accusaverint, si rusticus fuerit ad accusationem  
 „ unius auri-campsoris jurati, si vero nobilis fuerit, ad accu-  
 „ sationem duorum juratorum auri-campsorum illos invadendi,  
 „ capiendi, mulctandi, puniendi, & de rebus eorum mo-  
 „ bilibus & se moventibus consuetam portionem habendi, pro  
 „ se tollendi & auferendi habeant potestatis facultatem. Judica-  
 „ vit, decrevit, & commisit, imo decernit & Committit  
 „ harum vigore & testimonio literarum. Datum Gyivle Quinto  
 „ Die termini prænotati Anno Domini Millesimo quingentesimo  
 „ quadragesimo secundo.

### §. XXXIV.

## T O r o c z k o .

**T**Oroczko, Ferrariæque cognomines Illustrissimæ, & per vetustæ  
 stirpis Baronum Toroczkai hereditas, quam partis sago,  
 togaque meritis, a proavis Celleis nempe Comitibus acceptam  
 ad

ad nostram usque ætatem, felicissimam conservaverunt, tanquam si ipsa natura parens ferrarias idcirco famulas eis adcessuisset, ut semper aliquem e suis numerent, qui rei militaris scientia emineat; qualcm GREGORIUM partis bello superiore facinoribus lœti hodie suspicimus. Montes ista numerat copiosissimo ferro turgidos, qui Provinciæ Tordensis latus occidentale ambiunt, coloni, qui fodiendis his mineris locant operam, nil solliciti, ut horizontalibus cuneis, gravissimum alioqui fissionis onus imminuerent, puteos confusis, perturbatisque foraminibus, decussatos hos, illos cochleæ deformis instar, & ni aquæ mole præpediantur, triginta orgiis profundos cavant, effringunt; quantis cum fatigiis id eis veniat, vel inde patet, quod effossam mineram humeris suis efferre cogantur, & ruinæ periculum immineat sæpe manifestum, nam petras duras aspernati, molliores postquam evulsero, ruinis actis puteos frequenter dehiscere compertum est, ad hæc: tota æstate fodinas non colunt, cum ad eas hyeme remeant improbo labore, id primum repurgare, quod injuria temporis dissipatum est, coguntur. Belli isti cavatores non facile ulli alienigenæ montium aditus invisendos referant, magnos rati, non ferri, sed auri, argenteique thesauros nepotibus ventura cum ætate fœneratueros illic latere, en tamen illos meliore longe notitia, ac ipsis incolis cognitos discriminatosque!

E literis quas donationales dicimos Baronum Toroczkai Anni 1568 palam fit: a Rege Joanne, plumbi loco, quod argento dives erat, non sine pactionibus statutaque conventione pecuniam numeratam Baronibus Toroczkai depensam esse, connubium hoc lunæ cum Saturno in ipsis visceribus Martis inventum,

diu hostiles inter tumultus delituit, cum Anno 1719 iterum fuos ditaret colonos, tandem venis multifariam divisis Mars Victor ferreas tantum mineras largitus est. Nunc indice digito signemus montes, lustremus interiores aditus, quid spei adpromittant, definiamus.

Quisquis montes istos pervestigare paras, in majorem & minorem Fogol-Bánya puteos offendes, primus in ipso montis cacumine ceptus, ætate longa in ruinam abiit, alter quadraginta orgyarum intervallo multis antiquarum minerarum tumulis se manifestat, subitus hunc non ante multos annos cuneum egerunt incolæ, sed missas fecere operas, quia antliis triginta orgyas depresso aquam levare fuit permolestum, nec ligni cædui copia suffpetebat, quo cuniculum fulcirent, peritorum judicio in his solummodo cuneis puteisque plumbi argento divitis venæ perquirendæ essent, nec alibi minore damno cuniculus generalis utrumque Fogol-Bánya subitus consalutaturus effoderetur.

Ex Fogol-Bánya ad Bokovil siti meridiem respiciunt putei, propior vallem fodina hiat, e qua rivus non exiguis manat, Anno 1737 decumanus centum ipsas orgyas labor ex nudo schisto retulit nihil. Superius montis Bokovil latus cum emensus fueris, in Vernyes-Bányam advertes, in hac glomeramen plumbeo argenteum suos recreavit colonos, sed ipsum etiam in ferri mineram desit; in orientali montis plaga Pirze nuncupata Anno 1719 ductus metallici plumbeo argentei schisto adnati effodiebantur, celebriores inter puteos erant Mészáros & Lakatos dicti, quorum ferreæ mineræ, plumbo & argento fætæ Annum ultra 1720 non redundarunt. Qua Vidol pagus pone fluvium Ara-

Aranyos assurgit, inconstantibus Saturni deliciis Chiliarcha Stein-vilius valedixit; igitur in comperto est, ductus plumbeo argenteos, qui constantiam pollicantur, nullos fuisse inventos, quid quid spem metalli pretiosioris excivit, omne id globis, glomeraminibus, extemporaneis fibris, mineras ferri interfecantibus definiebatur, quid subitus horizontem adigendi cuniculi, iisque magna profunditate cavandi promitterent, omnianunt nonnulli purioris cuius cujus metalli mineram reddituros. Præter recensitos plures superiunt putei, his veniunt nominibus: Terő-bánya, Győrgyes-bánya, Seyda-Bánya, quorum postremus arrideret magis, quod etiam mineræ ferreæ argenti feraces sint, ni aquis scaterent. Precarer bonis omnibus, ut ex Toroczko itinere mediæ horæ in montibus Bujaker, Oklos meliora scrutarentur; quid quod. Fogol pagus in contiguo monte tumulos metallicos ostentet, quos patres nostri congefferunt? his illi e montibus aurum eviscerabant, ipse priscorum aquæ ductus vetustissimæ, ejusque copiosæ admodum auri loturæ non obscurum indicium est, vel certe solerter necessum esset secernere, discriminareque mineras illas, quæ puriora metalla ferro sociarunt, ut sine ferri detimento pretiosius inde metallum eductum fænori cederet, nec factitatum esse dubito, an fiat? in aprico non est. Ustrinas uade-viginti, malleos tres supra viginti numerant, plures numerarent, si aqua ad impellendos malleos affueret copiosior, sed neque sylvæ iis suppetunt, e quibus ligni cædui copia exuberaret, nihilominus copiam ferri votis supparem singulis annis eliquant: Suadeo Cyclopibus istis propter œconomiam lignorum; ut ad faciliorem redendam fusionem terram Alkalinam adhibeant, optima foret Marga, Mergel dicta, quam etiam in adsitis montibus copiosam reperient, secus utique fusio solis carbonibus instituta sylvas depascantur.

oportet. In territorio Madarasz Sedis Csik, ferrariæ Cæsareis olim impendiis colebantur, veteres in Sz-Tamás restauravit Heroæ vir Nobilitatis iD. Apaffi, cur subinde has etiam missas fecerint, ignoro, vicinia late omnis minoras ferri ditissimas ostentat. Radnaviæ ferrarias celebrabant olim confines Valachia, Moldaviaque, egesti scoriarum tumuli ingentem ferri accessionem fuisse, luculente nunc etiam prædicant.

Chalybs optimus purissimum ferrum est, constat experientia, ferrum igne vehementi candescens si in aere lentissime refrigerescat, valde molle flexileque redi, si vero aquæ frigidissimæ illico immergatur, tunc subito compressæ partes, & in arctiores nexus adactæ ferrum durissimum, & rigidissimum efficiunt; liquores, quibus rigidissimum ferrum immergitur, arcana sunt fabrorum, optima sunt illa, quibus ferrum alcalino resinosis temperant, idcirco cornua, unguis, fuliginem, salem adhibent, durissimum iterum chalybem mollem reddunt admixtis iis, quæ absorbentia vocant, cum rubigine ferri chalybs in cämento detenus evadit mollissimus. Non possum non adjicere pauca ad rem chemico medicam ex Cl. Boerhave par. 3. operationum chemicorum processu 167.

Ferri communis, inquit recentis, nullo modo rubiginosi, sub-limiter limati, uncis duabus admisce vini Rhenani ( cur non potius Tokaini ) generosissimi uncias viginti quatuor, digerantur in calore per tres quatuorve dies, saepè invicem partes exagitando, dein requiescant viginti quatuor horis, supernatans vinum nigrescens percoletur. Purum vale arctissime clauso servetur, erit sapore armamenti subdulci siptico, residuo novum vinum eodem modo tractandum assundatur; prodibit quidem ferratum vinum

vinum, at nullo modo conferendum præcedenti, cogitavi ait Boerhave, hoccine sulphur esse metalli potabile, debilitati naturæ unice succurrens? jactato auro potabili infinites melius. Apparet hinc, esse in ferro partem in hoc leni acido, fermentato, oleoso, vegetabili solubilem, alteram quæ non soluta manet in eodem. Prior pars est tenuissimum remedium mihi hactenus cognitum in arte & natura, ad instaurandam vim haematopojeticam corporis humani, quoties hæc sola ex debilitate nimis laxorum solidorum, & humorum, minus levi, aquosa frigida inertis indole exoritur. si ullo experimento probatur eximia potestas metallorum, certe hoc unico demonstratur, neque enim ulla rei vegetabilis, animalisve virtute, nulla vietus regula, id quis efficiet in casu dicto, quod hoc marte conficitur. Nocet, ubi vires vitae nimiae seu ex firmis, seu ex fluidis. Hactenus Boerhave.

### §. XXXV.

## De Stanno.

**S**tannum Metallum album, malleabile, flexible, levissimum, tenax, stridulum, ante candescens liquefit, abit in vitrum luteum, solvitur in aqua regia colore luteo. Est quod mirere, Stannum in Transilvania non dari tantum, sed affuerere, annis abhinc circiter viginti, e Sedibus Siculis Zalathnam complures librae chrystillorum flanni zinkraupen allatae sunt, quarum centenarius in Docymasia quadraginta quatuor libras primo statim experimento adpromisit, suatum est Siculis, ut in opus incumbant, sed illi agriculturæ cupidiores, metallurgicas operas

oderunt. Mihi ipsi præsto est Siculica ista Chrystallus, complures libras appendit, chrystallis multo plurimis, irregularibus, pyramidalibus fusco-nigris concreta, superficie politissima, particulis in pulverem contusis rubentibus. Arenæ fluminum ab auri loturæ reliquæ manifestum indicium latenter in montibus stanni præbent, granatis enim stanneis mixtas sâpe contemplatus, granatos istos a ferreis multum disparest, stanneos esse definiui. Qui stanneis mineris quærendis locaret operam, meminerit in Bohemia albam chrystallum spathaceamque effodi, vulgarem mineram, esse fusco-nigram, quasi ærugini fulginique mixtam, rubram stannam, omnem esse factitiam, nigra enim chrystallus prunis imposita rubet. Stannum Anglicum optimum est, sed hujus pars aliqua vel cuprum vel Zirkum est, addito regulo antimonii, quare mirum non est stannum Anglicum sonorum esse. Quo saepius, stannum in grana dissolveris, tanto purius obtinebis, vulgare enim stannum omne artifices plumbo vitiare solent. Quæ hoc stanneo metallo scientia medica conficit, ita caute tractentur, tanquam illud Boerhaveanum identidem sibi quisque occini audiret: p. 475. Minus amo hoc metallum, tuctiora præsto sunt eidem proposito.

## §. XXXVI.

### De Plumbo.

**P**lumbum albo-cærulescens metallum, flexile, tenax mutum, ante candescientiam liquabile, solvitur in aqua forti, non item regia, saturnus iste corneus vehementi igne coctus abit in vitrum flavum, smaragdinum autem colorem accipit, si Plumbi cineribus, non lythargirii, pars subdupla silicis albi, arenæ vitre-

vitrescentis , aut pyriticæ addatur , cum selle vitri facilioris causa liquationis. Vide Kunkelium in arte vitriaria. Ex plumbbo resultant lithargyrum , Cerussa , minium , sacharum saturni , quæ notiora sunt , quam ut referam. Solaribus in Transilvania fodiatis , Saturnus amicissimus est. Galena *bleiglanz* passim ubivis visitur. Galena hæc particulis cubicis majoribus minimis tessulata , punctata , striata venarum ductibus se se miscet , quid autem causæ habeant communes illæ metallorum in Transilvania querelæ saturnalium divitiarum inopiam causantes ? ignoro , Transilvania profecto plumbi dives est , non contemnendas divitias Kismunciel præberet , si pluribus operis coleretur , vicus est pone Dévam trans fluvium Maros situs , vicus alter Purza dictus , Illye-Dobræ adfitus , quantus quantus est , plumbum est , neque plures duabus semi-uncijis argenti , & triginta denariis auri mineræ istæ plumbeæ reddunt. Felix cum saturni divitias meditor , nuntius adlabitur , offenbanyæ duraturam in ævum plumbi fodinam repertam esse , jamque eviscerari.

### Rodnau.

### Ignatio e Comitibus Ibarra S. & F.

**G**Audeamus , an doleamus metallicis Rodnaviæ operis Te præesse ? exploratum habeo : a multis retro annis spe impendiis nonquam respondentे adfitos cavarj montes , fallor , an illico Tibi suos abdita montium thesauros explicabunt ? nodum perdifficilem ista tibi contexuit provincia , sed Tu doctus Majorum Tuum fide , quam clementissimæ memorie Imperatori Carolo Ge, nitores Tui testati sunt , lucri loco habes , ut AUGUSTIS-SIMÆ Domui morem geras , & erit hæc Tibi provincia nunc

meritorum seges , subinde præmiorum . At enim quod Tibi de opere meo iudicium ? moites eosdem scrutamur pari consilio , dispari studio ; Tu eviceras , ego evolvo , Tu legis effossam mineram , ego scribo , Rodnaviam incolis , an apte excolam , Tuo definitam judicio ; si quid emendandum censueris , cogita me GERSTORFFII discipulum non fuisse , Sol hic metallurgorum est , utinam umbra ejus esse , cuius radiis Daciam omnem nunc illustrari boni omnes gratulamur . Vivite uterque DEO , Regi , & Regnis incolumes . Vale .

Celebres a multa retro ætate Radnaviæ prope Bisztricum , quæ Saxonum Civitas ab amore præterfluo nomen sorita est plumbi fodinae coluntur , quæ mea quidem sententia celebriores , quam ditiones suut , & si spes sola divites reddere potest , nil his ad felicitatem addi posset , verum complures aunos præterituros ominor ante , quam redditus spei conceptæ respondeant , mirabitur hæc Lector aliquis , & Krekviczium opponet in sua Topographia plorantem , (quod nemo sit , qui Bisztricensium thesauros , aurum , atque plumbum , argentum & mercurium , Proserpinam videlicet e Plutonis regno eripiat ) ita ille . Sit ita , quis oro , duraturos in ævum labores ordiatur , & iis in locis , quæ continuis Tartarorum incursibus obnoxia erant ? quis decumanos in incertum fodiat puteos quandoqnidem illi ipsi , quos nunc egerunt , ditissimi censemur , si paucas libras plumbi , unam & medium semi-unciam argenti adpromittant ? Quæ societas pecuniam conflabit ad fulciendas operas metallurgicas ? vel quæ illa fuit ex omnibus retro temporibus , quæ plagæ Rodnavensi divitias debeat suas ? Ast privilegia Tribui Zalathnensi concessa 1428. meminerunt : ut aurum methodo in Tabella Radnaviensi notata redimatur ? igitur pro-

palam

palam est Radnaviam ab auro celebrem fuisse? nequaquam, quin potius in eam irem sententiam quæ ait: ingens propter commercium ferri ( hic enim olim ferti præstantissimi fodinæ complures erant ) Moldaviæ, Valachiæ & conterminis gentibus administrati, diveriorum aureorum nūmorū species irrepisse, quibus ordo Tabella Auri Rodnaviensis dictus, constituendus erat. Ætatem Radnaviensium fodinarum non tamen culturæ exordium, ex diplomate, quod adnecto, metiri licebit

„ Nos Ladislaus Wajvoda Transilvaniæ & Comes de Zonuk  
 „ præsentium per tenorem significamus quibus expedit universis,  
 „ quod ab hac hora, & die magna, Dominum Carolum Dei  
 „ gratia Regem Ungariæ cognoscimus, & recipimus, in Do-  
 „ minum nostrum naturalem, legitimum, & eidem fideliter afflu-  
 „ mimus, tanquam Domino nostro servituros in persona propria  
 „ & propinguis nostris universis, qui nostrum voluerint consi-  
 „ lium acceptare, & affltere eidem in omnibus, auxilio, &  
 „ potentia, quantum habebimus, & habemus, & tacto Vivificæ  
 „ Dominicæ Crucis ligno in manibus Venerabilis Patris Domini  
 „ Thomæ Archi-Episcopi Strigoiensis promisimus fide data,  
 „ quod quandocunque Dominus noster Rex ad partes illas venire  
 „ volnerit, ubi nos erimus, cum omni honore & reverentia,  
 „ sicut decet, Dominum nostrum recipiemus, & in omni securi-  
 „ tate eidem fideliter serviemus, coronam etiam Regni sui ad di-  
 „ tem assignatum, ad octavas S. Joannis Baptistæ eidem reporta-  
 „ timus, vel si idem Dominus noster ante prædictum terminum  
 „ quandocunque ad partes Transilvanas venerit, eidem exhibe-  
 „ bimus, & restituemus, ita tamen quod ipso die petitiones  
 „ nostras

„ nostras porrigenus, & petemus per Regalem munificentiam  
 „ nos diligi, & remunerari, sicut decet per Regiam Maje-  
 „ statem. Item promisimus ei restituere, & remittere Argenti-fodi-  
 „ nam de Rodna Comitatum - - - - Comitatum de Seybuno,  
 „ Comitatum Siculorum, Villas, Dées, Clusz & Zeheli cum offi-  
 „ cio Cameræ, quæ in iisdem villis haberi consuevit. Ad quæ  
 „ firmiter per prædictum Ladislauum Vajvodam tenenda & atten-  
 „ denda, nos Omodeus Palatius, Magister Dominicus sub pœna  
 „ perjurii obligamus, sub vivificæ Crucis ligno Domini, una  
 „ cum prædicto Ladislao Vajvoda, Venerabili Patri Domino  
 „ Thomæ Archi-Episcopo Strigonienſi, ac Religiolo fratri Dyo-  
 „ nisio Lectori de Ordine FF. MM. Venerabilis Patris & Do-  
 „ mini fratris Gentilis DEI gratia Ecclesiæ S. Martini in Mon-  
 „ tibus Presbiteri Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legati, pœnitentia-  
 „ rio, & Capellano, corporaliter præstito juramento. In cuius rei  
 „ testimonium, & perpetuum firmitatem nostro, ac dictorum Omo-  
 „ dei Palatini, & Magistri Dominicci Sigillis, Præsentes literas  
 „ fecimus communiri. Datum in Segnedino feria quarta proxime  
 „ post Dominicam Judica Anno Domini Millesimo tercentesimo  
 decimo. Ex his liquet argenti-fodinam Radnaviæ 1310 floruisse.  
 Vide supra pag. 15. nec dubito ista lecturi, annum restitutæ Regi  
 Carolo Coronæ definient consultius.

Montes quibus thesauros tot tantosque inesse vulgus crepat,  
 his nominitus venitnt: Benyes, Göcze, Gyalupopi, Blaſa, Gy-  
 lukorni, Magura, Kormai, Szent-Györgen. Ductus horum metallici  
 affines illis sunt, quos grobe geschike vocant, nunc in medio  
 montium undantes, schwebend, nunc in longum, latum cumulati  
 slackwerk jam iu glomeramina & nidos, vel subtus repentes fibras  
 disje-

disjectæ florueis se se multifariam dividunt. Mons *Bonyes* generali cuniculo centum orgyas exporrecto, nec tamen campum metallicum attingente suffosus est, ita præcipiti altitudine affurgit, ut profundioribus cuniculis suffodi queat, inter celebriores veniunt, SS. Barbaræ, Nepomuceno Antonio dicati; postremi duo, diversam a primo venam persequuntur, copiosior etiam horum est minera, ast illius, auri ditior. Ductus metallicus, cunei S. Barbaræ, quanto meridiem consalutat proxius, tanto latitudine sua, non item valore intrinseco, minuitur; Is, qui S. Nepomuceno dicatus est, meridiem itidem respicit, venas latas admodum, & copioso pyrite turgidas exhibet, S. Antonius latam quinque orgyarum venam suis præbuit cultoribus, forte ea de causa *die grosse Zeche* appellatam, sed fertilitas hæc diu non tenuit, siquidem nunc aliam venam, quam illi principalem autumant, excolunt, mineræ plumbo, argento, ferro, pseudo-galena & pyrite multo commixtae sunt. *Göcze* mons inter accolas celeberrimus, & peritorum quorumvis judicio, hic, si quis alias, spei metallurgorum abunde responderet, si culturam impendiis regiis fulcire integrum esset; societas privatae, quæ ad colendos priscorum cuneos coaluerant, nullam puteorum cuneorumve sive altitudini sive longitudini metam statuere possunt, triginta vertuntur anni, quod societas ab illustriore membro Joanne Deschan, qui S. C. A. R. Majestati a Consiliis erat, Deschaniana dicta, trecentas ipsas orgyas evisceraverit, neque tamen scopum, quem priscorum operæ tenebant, definire potuit. Forte ventura cum ætate, *Godefrido*, tanto patre filio dignissimo, & summis quibusve apud metallurgiam exercendis muniis diem ex die aptando thesauros Rodnavia suos explicabit. *Gyalupopi* cui fluvius Iluor sua debet incunabula ab antiquissimis patribus fossus est,

est, visitur enim hic ingens amplumque spelæum, an metallorum causa exstructum, dubium esto, in vertice montis ruox promi-  
nent multo plurimæ, sed an eas naturæ vicissitudini, an Romanorū culturæ tribuam, missum facio, ille ferret operæ pretium,  
qui præmisso ad Docymiasiam exacto tentamine prominentium  
anfractuum mineralas exploraret, lapis mineris commixtus akali-  
nus est, de quo vide infra, ubi de Borace ago. E vertice  
Gyalupopi occidentem respectanti, mons *Saccu* occurrit inter cu-  
jus intercedentes sua fluvius Aranyos initia sumit, sed aurife-  
ris illis amibus, seu Chrisis, quos montes Bihar peperere, mul-  
tum inferior. *Blaja* Moldaviæ adjacens plumbeos ductus undan-  
tes schvæbend, ipsam extus superficiem ostentat, a quorum divite  
quaestu ob aquæ defectum & proceram altitudinem pauperes colo-  
ni nimium retardantur, Gyalukorni ideo celebratur, quod ex  
hujus fodinarum redditibus sacra Bistriciensium aedes, nunc infor-  
me rudus est, erecta sit. *Magura* meridiei obversus & Kormai  
a cognomine rivo, cui suam dedit originem, præter antiquorum  
reliquias singulare nil habent, rivus Kormai a septentrione in Sa-  
mum devolvitur, ubi secundo Samusio sordiram versus progre-  
dienti terrenum occurrit simillimum illi, quod Körös-bányæ, atque  
adsitis in Csebe montibus, vel in Ola-pianæ loturæ commendationem  
retulimus, experientia constat, quinos operarios spatio trium  
dierum, duo auri piseta ex his terræ stratis eluisse, quod viginti  
carattarum fuit, videntur hæc terræ strata unde unde, coagmen-  
tata conglomerataque ductum illum fibrarum, repenteque, floz-  
verk quatuor pedum altitudine defoire, inferne superneque terra  
cærulescente ad duas orgyas munitionem, quid si hæc terra spe-  
cies Cobalti? mineralis est, argentum adpromittit, institutam  
hic a veteribus auri-loturam utrumque Samusii latus in collicu-  
los assurgens utcunque testatur.

## §. XXXVII.

## Operæ Monetales.

**M**Etalla Domus monetales apposite cosequuntur. *Alba-Carolina* operis, quas cedendæ monetæ famulas adscivit, confinium etiam nationum encomiis celebratur, neque enim alibi modulos tam scite fabrefactos, tam perite excisos videas, qui sive ektipon Augustissimorum, sive iconem principatus insigoia referentem effigient, excellente omnino, quam hodie suspicimus, incisuræ præstantia se se commendant. Plura vero sunt, ut auri ab argento separatio, item sublimati, ne id a gentibus petere cogamur, admirabilis fabrica, quæ Carolinam celebriorem faciunt, ac Alba fuerit Julia. Omnia ista curæ pervigili indefessæ solicitudini, scientiæ in paucis singulare debentur D. ANTONII HAMMERSCHMIDT, nunc Monetæ Magistri, qui perite adeo dispescit singula, ut suis omnia librata momentis domi emolumentum, foris a bonis omnibus sui commendationem, ab invidis admirationem extorquent. Olim cum quibus fortuna stetit, illas urbes & oppida Monetales incolebant, ubi vero constiterant, cusi numi nos edocent, quos dum requiro Eruditus Dominus D. CORNIJES mihi quosdam æri incisos, alias singularis industria penicilli efformatos exhibuit, indefessus, hic numophilus est, eorum cumprimis amantisssimus, qui ad illustrandam patriæ historiam faciunt, rariores inter numerat, & argenteos S. Stephani, Petri, Abæ, Andreæ I. Salamonis, bracteatum Belæ IV. & Stephani V. argenteos Caroli Roberti, Ludovici I. & Mariae F. L. Hujus etiam gratiis debeo Diploma Ladislai Vajvodæ, quod supra ad Radnaviæ fodinarum statum illustrandam adtuli, cuos igitur numos ordine referam,

ut

ut ex his pateat, ubi domus monetales steterint- *Albae-Julie*. *Aurei vulgares* Gabrielis Bethlen 1619. Georgii I. Rakoczi 1646. Decupli Gabrielis Bethlen 1619, 2c, Michaelis Apafi 1677 & 83, ejusdem hexagoni 1687. Thaleri Michaelis Apafi 1677 & 81, 97. *Cibinii* cusi sunt aurei vulgares Ferdinandi I. 1533. Joannis I. Zapollya 1534. Joannis II- Zapollya 1557, 59, 65, 70. Stephani Bathori 1573. Gabrielis Bathori 1613. Aurei decupli octogoni Achatii Bartsai 1660. Thaleri Rudolphi II. 1605. Gabrielis Bathori 1611, - 12, - 13. Gabrielis Bethlen 1613. Achatii Bartsai 1660. Michaelis Apafi 1667. hexagoni Michaelis Apafi 1663. *Corone* Aurei vulgares Civium Coronenfum mnemonici 1602, - 12 13. Gabrielis Bathori 1612. Decupli Michaelis Albini 1612. Thaleri Sigismundi Bathori 1601. Achatii Bartsai 1660. Michaelis Apafi 1666, - 67. tetragoni Sigismundi Bathori 1601. Septenarii Michaelis Apafi 1673. In *Arce Fogaras* Aurei vulgares Michaelis Apafi 1683. Centupli ejusdem 1677. *Claudiopoli* Aurei vulgares Stephani Bocskai 1606. Sigismundi Rakoczi 1607. Gabrielis Bathori 1610, - 11, - 12. - 13. Gabrielis Bethlen 1615. Stephani Bethlen, 1630. Francisci II. Rakoczi 1705. Quintupli Georgii I. Rakoczi 1637. sextupli Moysis Székely 1603. Decupli Achatii Bartsai 1659. Joannis Kemény 1661. Thaleri Moysis Székely 1603. Gabrielis Bethlen 1628. Achatii Bartsai 1659. Joannis Kemény 1661. hexagoni Achatii Bartsai 1659.

*Claudiopolis* quæ me triennium alit, liberalius meminisse, gratitudo stimulat, de cujus origine cum aliis hariolari detrecto, id autem in aprico est, veterem hic Romanos coloniam fixisse, quæ subinde municipium fuit, testantur istud inscriptiones,

*In OVAR Lapis hic visitur.*

M. S. A. M. A. M. M.  
XII. N. N. X. RII DVDA  
NVI AVRII VAVIXII AN  
EI IVSTHIO II NVNO  
SVS. V. Z. ENEI AVG.  
POSVIT.

*Ad portam Samusium respicientem.*

I. O. M.  
TAVIATI PRO SALV.  
IMP. ANTONINI ET M AVRELI  
CÆS. A CONSISTENTES  
MVNICIPIO POSVERVN T.

Ætate Belæ III. qui communitati præterat non Jūdex sed Villicus dictus est , hunc Carolus I. a causis criminalibus abstinerere jussit A. tamen 1331. jus gladii denuntiato cives inter Jūdice regio receperunt , quid Ladislaus V. Civitati contulerit , non satis liquet , frontem portæ , quam Kőzép-kapu vocant , ornat inscrip. io LADISLAI REGIS 1449. Saxones Urbem incolebant primum , tum Ungarorum in dies aucto numero priscis terminis arctari imparentes antiquæ id est Óvár , novam adstruunt Civitatem amplam , & bono ordine distributam. Rex Mathias (cui primam lucem Claudiopolis dedisse fertur ) lices & jurgia , quæ has inter nationes vigebant , definiturus , statuit , ut Judicis regii dignitatem alternis inter se annis partiantur. Emporium hæc fuit rerum omnium , & ab opum atundantia inclaruit adeo , ut divitiarum cumulus , Kincses Kolosvár passim vocitaretur , post multas rerum conversiones ab antiquo splendore defecit , paratum æs , quod Turcis , & Tartaris duorum inter annorum spatia , pro sua , suorumque libertate pendere cogebatur , uti e M. SS. accepi , centum sexaginta octo millium Thalerorum summam Superavit. Quid præterea varii , domesticique tumultus , quid incendia , quibus templo duo cum turribus & ære campano deflagravit , detrimenti attulerint , inde metiri licet , quod Civitas juri suo obnoxios pagos , vicofque , pignori opponere coacta , nondum ære alieno se se expliquerit. Porro sacras inter ædes in majori urbis foro suam extulit

lit Majestatem Honori Principis Angelorum a Sigismundo I. & R. H. dicata 1446, cui solennia defert sacer loci Curio, nunc Reverendissimus D. JOANNES LUKATS, E. C. Albensis Canonicus, Archid. Kolosien. & Archivi Conventus B. V. M. de Kolos-Monostra conservator, cujus beneficiorum memoriam semper in animo habebo, suppetias enim ad opusculum istud matrandum contulit plurimas, collaturus etiam, Mœcenatis impensas, ni Superi, eum, quem nactus sum, providisse; nempe quid prouius, quam ut Tu Reverendissime D. qui SS. Theologiae Mysteria uno supra decem annis explanaveras, & literas inter totam pene ætatem couteras, & literatos amplectaris? sed ad ædem S. revertamur: hæc a Sigismundo R. utique Catholicis sacris devoto, augenda orthodoxorum pietati exstructa, tradita vero a Joanne II. Unitariis, quos ita progenitor suus Blandrata voluit, Anno iterum 1716 recte credentium pietati cessit. Ex adverso hujus Templi, Parœciæ domus est, in cuius interiori portico lapis muro impositus sequentem ad normam Gothici caracteris inscriptionem præsefert: *Hæc structura fabricata est ad honorem S. Michaelis Archb. per Venerabilem D. Georgium Schlainig Redorem literarum Baccalaur. & Primarium hujus Civitatis Principalem ac Provi Thomæ Ritter & Laurentii Schlainig Judicum Civiumque hujus Civitatis Avorum, & Progenitorum ipsius, & aliorum minorum horum, quorum merces recondita est in cælis.* Anno quantum conjectare licet 1500.

In minori foro stat alterum Templum super gentilis fani rudus constructum & honori DEIparæ dicatum, quod An. 1455. PP. Ordinis S. Dominici incoluerant, multum igitur illi hallucinantur, qui Mathiam conditorem Templi celebrant. Autographon

„ PP.

„ PP. Dominicanorum ita refert: A. D. 1455. in festivitate San-  
 „ ctorum Innocentum Illustrissimus Princeps Dominus Johannes  
 „ de Hunyad Gubernator Regni Ungariæ ob devotionem singula-  
 „ rem , qua serebatur ad Virginem Gloriosam DEI Genitricem  
 „ MARIAM, & ad S. Conf. Christi Authonium , contulit huic  
 „ nostro Conventui Colosvarien. in Persona Serenissimi Domini  
 „ Regis, Sales ad valorem quinquaginta florenorum auri perpetuis  
 „ temporibus dandos , & administrando in singulis festivitatibus  
 „ beati Georgii Martyris per Camerarios regales. Quam qui-  
 „ dem Donationem innovaverunt , & approbaverunt Serenissimi  
 „ Principes Rex Mathias prædicti D. Joh. Gubernatoris filius &  
 „ Rex Vladislau ejusdem Mathiæ Regis successor , Sicuti habe-  
 „ tur in literis desuper confeditis. Similiter eandem donationem  
 „ innovavit , roboravit , & confirmavit Serenissimus Rex Ludo-  
 „ vicus filius præfati Regis Vladislai ad instantiam Fratris Blasii  
 1520. &c.

In platea Iuporum dicta surrexit Regum impendiis , fa-  
 tigiis autem FF. Minorum Ordinis Sancti Francisci templum  
 elegans , quod Calvinum professi tenent. Confirmo istud e-  
 „ Diplomate sequenti. Nos Ambrosius Zabo Judex , Juratique  
 „ consules , Civitatis Colosvár ad universorum notitiam tam  
 „ præsentium , quam futurorum harum serie volumus pervenire ,  
 „ quod nos ac tota communitas prædictæ Civitatis unanimiter  
 „ cogitantes , quia præsentis vitæ conditio statum habet instabi-  
 „ lem , & ea quæ habent essentiam , tendunt visibiliter ad non esse ,  
 „ idcirco digna & devota consideratione vigilantes , ne cum Do-  
 „ minus venerit , nos inveniat dormientes , pro nostrorum commo-  
 „ ditate , & Divini cultus augmento terrena in cælestia , transito-  
 „ ria in æterna , felici volentes commercio commutare , primo ,

„ & principaliter ex voluntatibus, & annuentiis Serenissimi  
„ Principis Domini Mathiae Regis Ungariæ Dalmatiæ Croatiæ  
„ &c. Domini nostri naturalis, & gratosissimi, sed & Magnifici  
„ Comitis Domini Stephani de Bathor Judicis Curiæ Regiæ,  
„ Vajvodæque Transilvaniæ, quemdam locum pro Monasterio in  
„ platea luporum in annexu turris, nuncupatæ turris sartorum  
„ ad plagam orientalem tendentis, Fratribus Minoribus in per-  
„ petuum duximus conferendum, imo conferimus & donamus  
„ præfatis Fratribus iibí tantum locum, & spatiū, quantum  
„ necessitas Monasterii depositit, ita tamen, quod domus ibi sitæ  
„ ipsis possessoribus exolvi pretio debeant, perpetue, & irrevo-  
„ cabiliter tenendum, & habendam pariterque possidendum con-  
„ tradictorio nullo obstante. In cujus rei evidentius testimonium  
„ præsentes litteras nostras sigilli nostri majoris authentici sub  
„ impressu munimine roboratas specificatis Fratribus Minoribus  
„ duximus concedendas. Datum in Colosvár feria tertia, prima  
„ ante festum S. Martini Ann. Domini Millesimo quadringentesimo  
„ octogesimo sexto. Constituto igitur spatio peramplo, & ad ædi-  
„ fici molem oportuno, ita ipsi Fabricæ Rex Mathias providet.

„ Mathias DEI Gratia Ung. Boh. Rex, ac Dux Austriae &c.  
„ Egregio Martino Tharcsey Comiti camerarum ns alium nostrorum  
„ Transilvanien. fidelis dilectio. Egregie nobis sincere dilecte. Quia  
„ nos Monasterium illud, quod in Colosvár pro fratribus S. Fran-  
„ cisci construi, ædificarique incepimus in proximo vere, opus Tui  
„ medio continuare decrevimus, & idcirco hunc fratrem tibi no-  
„ tum eo mittendum duximus, ut opus continuari faciat, tibi  
„ itaque comittimus, ut juxta ipsius informationem fabricam illam  
„ , incoa

„ inchoatam in proximo tempore veris melius , diligentiusve ,  
 „ quo potes ad nostras expensas continuari facias , & quidem  
 „ sine intermissione , provideas etiam de fractioribus lapidum ad  
 „ nostras similiter expensas , pro coctione autem cimenti sol-  
 „ vas cum salibus , pro sectura etiam lapidum & cimenti usque  
 „ ad locum fabricæ tolvas de nostris pecuniis & ad ecstram ra-  
 „ tionem . Ceterum huic fratri Joanni , & ceteris Fratribus ,  
 „ qui cum eo istuc erunt , facias fieri de lignis & asteribus cellas  
 „ necessarias , & quidem sufficietes , ut quoad ibi permaneat  
 „ comodamenteflare & vivere possint , commodius etiam laborem  
 „ & opus continuari facere valeant , & quoniam hæc est in his  
 „ omnibus rebus nostra extrema voluntas , idcirco rursum tibi  
 „ committendum duximus , ut in hoc aliud nulla ratione facias .  
 „ Postremum quidquid idem frater Joannes circa hæc negotia tibi  
 „ dixerit faciendum , & credere , & omnia exequi debeas : Datum  
 „ in Vysegrad die Dominico post octavas Epiphaniar : Christi  
 „ An . 1490 . Huic Mathias manum ultimam imponere non po-  
 „ tut , Uladislaus itaque regiam adjicit liberalitatem .

„ Uladislaus DEI Gratia Rex Ung : Boh : &c. fidelibus nostris  
 „ egregiis Stephano Istvánfi de Kis - Afszsny falva , & Nicolao  
 „ Kapolnai Comitibus Camerarum Salium nostrorum Transilvanæo :  
 „ salutem & gratiam . Quia nos pro illa devotione nostra , quam  
 „ erga Gloriosissimam & Beatissimam Virginem MARIAM gerimus  
 „ & habemus , Religiosis fratribus Ord. Minorum B. Francisci de  
 „ Observantia nunc in Claustro sub nomine ejusdem Virginis Glo-  
 „ riosæ in Civitate nostra Colosvariensi ab ipsis fundamentis in-  
 „ choato nondum tamen perfecto degentium , ad continuationem  
 „ laborum , ædificiorumque ipsius claustri , atque Monasterii ex

„ Camera nostra Tordensi de illis Salibus , qui in curribus hinc  
 „ inde solent advehi , vulgariter Szekeres Só nuncupatis , Sales  
 „ trecentorum florenorum auri , ammodo usqne consummationem  
 „ & perfectionem ædificiorum ejusdem Monasterii sive Claustræ de-  
 „ putavimus , præsentibusque deputamus. Ideo volumus , & fi-  
 „ delitatibus nostris firmiter præcipimus , quaterus annodo , &  
 „ deinceps , præscriptos sales trecentorum aureorum ex dicta Ca-  
 „ mera nostra Thordensi memoratis fratribus S. Francisci ad præ-  
 „ scriptum ædificium , & struètaram , dicti Monasterii & Claustræ  
 „ prout superius declaratum est , infra tempus præmissæ perfec-  
 „ tæ consummationis laborum ad hujusmodi adiutoriorum necessa-  
 „ riorum singulis annis reddere , & sine omni recusa restituere  
 „ debeat , & aliud facere nulla ratione præsumatis , & hæc  
 „ volumus per futuros etiam Comites , & Camerarios dictæ Ca-  
 „ meræ nostræ Thordensi firmiter observari . . . . Datum in  
 „ Civitate nostra Cibin. in festo Beati Bartholomæi Apost. A. D.  
 „ 1494.

Quantas vicissitudines recensita nunc sacra palladia subierint ,  
 brevibus perstringam : ex Óvár Patres , Ordinis S. Dominici  
 An. 1556. Dominica Lætare cedere coacti sunt. Fratribus etiam  
 Minorum ab observantia dictis injuria temporum S. Edem in  
 platea luporum deferere jussis succedunt Patres Societatis JESU  
 1580 , qui iisdem sedibus odio fidei 1603. uno e Sociis ad aram  
 maximam occiso cæteris fauciatis exterminati , An. demum 1693  
 templum in Óvár situm obtinent , procurant etiam parœciale mu-  
 nus ad S. Michaelis , nemo enim DEO sacratorum aliquis ad-  
 erat , qui animabus panem frangeret , decedunt hoc munere ,  
 ultro id Episcopi Marton ffi curæ committentes An. 1716. 21. Men-  
 sis

sis Apr: ita per omnia Civitatis templo exagitati PP. Societatis dum tuto denique constitissent, novam e fundamentis Basilicam exstruunt, quam SS. Triadi sempiterna religione devinciunt, antiquis in Óvár Ædibus, FF. Minorum traditis. Maximus post DEUM Basilicæ huic thesaurus obtigit prodigiosa a Lachrymis Icon Deiparæ, in qua istud omnem excessit naturæ ordinem, quod trium hebdomadarum spatio indefinientibus lachrymis deflui iostar alicujus rivuli volutis maduerit, prodigiis hujus veritatem complures heterodoxi jurejurando confirmarunt; ad hanc Iconem a conferendis usque, & usque gratiis celebrem, statis anni festis tota pene Dacia, qua Catholicis Sacris addicta est, invisit, Mirabitur hæc aliquis? ille, umbram Petri, sudarium & semicinctum Pauli a primis fidelibus idcirco expetita cogitet, quod experientia constabat, has totidem conditiones esse, quibus DEUS miraculi viu & efficaciam adligavit, cur non etiam Iconi Matris suæ idem præstare potuerit? imo præstitit, manifessis exemplis id commonstrantibus. Forte tot lachrymis, quas in æternis gaudiis fundere nequit, ex Iconibus apud nos ubere profuentibus SUAM Magna Ungarorum DOMINA HÆREDITATEM labe-factatam deplorat. Cætera compendii gratia prætereo, quæ tam ad instituti rationem faciunt terræ Claudiacæ dona suis in locis referam.





## P A R S III.

### De Semi - Metallis.



Semi-Metallum dico Corpus specificæ quidem gravitatis sed volatile, & quod igni resistere, vel malleari nequit, Patres nostri Metalla a semi-metallis non distinxerunt, ipsum Hydrargyrum metallis adoumerarunt, Zinkium, & Vismutum ab annois ducentis innotuit, Arsenicum, auripigmentum idem illis erat, Antimonium prædonem vaferrium per imescentes nulli classi adscriperunt, sed eousque cruciabant, dum sexcentis regulis parere, & sulphur auratum tributi loca pendere cogeretur: ego quæ vidi referam, qnæ a fide dignis accepi, suis adjiciam locis, atque ita de singulis commentabor, ut quædam etiam Alchimistarum involucra, qua possum explicem.

§. I.

## §. I.

## De Mercurio.

**H**ydrargyrum Mercurius semi-metallum est album, semper fluidum, in igne ante candesceniam volatile, in aqua forte colore solutionis albican e. Virgineus mercurius vocatur actu currentis, vel ex lapidibus & arenis elutriatus, factitus autem, qui ope ignis situ valorum obliquo destillatur; nullum corpus est, quod tot experimentorum vicissitudinibus subjicitur, ac Mercurius, alii eu.n figere, alii ex eo multiplum auri, argenteique parare, alii denique ex hoc unico Chymicorum principio perperam adstructo univeralem, seu ignobilium metallorum in nobilia conversionem, seu comune humano corpori Pharmacum extundere adlaborant, quibus breviter antequam ad mercuriales fodinas explanandas me convertam, istud dictum esto. Diversa sunt Aurum Philosophorum, & Mercurius Philosophorum, aurum illud est summe attenuatum, & quasi in impalpabilem pulverem redactum, ut facilius mercurio dissolvatur, & hoc in vitriolo quærendum est. Basilius Valentinus cum de Antimonio differit, vitrioli mysteria explicat. Mercurius Philosophorum sic dictus, est Mercurius ita per fermentationem præparatus, ut crocum solarem impetres, summe activum; hujus fermentationis modum per Butyrum, vel regulos antimoniij martiales, vel cum spiritu salis armoniaci proponit germana fide Stahlius chymicorum lumen, sed una noveris, quisquis similibus te addicis experimentis, usum omnium horum esse, ut cum auro valde attenuato digerantur, tum in præcipitatum fixum coagulentur, quod tametsi docymasiam sive cupellam sustineat, cum mercurio, tamen antimoniij illico in currentem mercurium revertitur, nisi vitrum

trum ei addas , vel oleum vitri , quod quale sit , dicant illi , qui innumeris experimentis crumenam attenuarunt , quin etiam deploranda mercurii victima misere occubuerunt . Jam ad scopum mihi praefixum .

Mercurium Cynabari jingo , quod haec a plurimis illius Matrix non tamen sine controversia statuatur , & cynabarum quatuor circiter partes mercurii una sulphuris definiant . Mineræ Transilvaniæ mercurium sudantes Cynabariæ sunt , quas vidi , omnes feracissimis Zalathnensum montibus se se debent , hos inter peculiariis est .

Dumbrava ab oppido Zalathna horæ spatio remotus in septentrionem procurrit , initio saeculi decimi septimi fodi cæptus , nimirum Cynabarreus est . Ductus Cynabarrei fibrosi , & glomeratibus per intervalla divisi ubere suppetunt , testantur id secturæ , putei , concamerationes antiquorum , quibus non multifariam pertusus est ; solum quod Patres vertebant , quia lapidosum , ideo cuneorum fornices tignis fulcire necesse non habebant . Ichnographia montis , quam teneo , superiore montis parte quatuordecim puteos exhibit , quos Valacha gens eviscerat , secundus ab horizonte cuneus aetate Caroli VI . condidit , primus generalis est , quem privatorum industria cavabant , commodior ille futurus est , cuius puncta ad Geometriam exacta , & altitudine montis centum orgiis profundius definita sunt , Venæ omnes a septentrione in meridiem tendunt . Cynabaris non inelegans copiam spondet mercurii , centenarius mineræ sexaginta libras mercurii exsudat , paucos ante annos impendiis omnibus connumeratis annuos dedere redditus quinque millia non gentos septuaginta tres Rhenenses , nunc solitudinoi privatorum relictæ

relicta sunt omnia, atque ab his libram mercurii quadraginta duobus crucigeris redimunt illi, quorum interest. Ductus metalli sunt singulares, sed ita suis interupti interstitiis, ut inania glomeramina duodecim etiam orgias hient, in quibus superandis, quia plebs lucro tantum assueta, despondet animos, saepe migrat operas, verum perstarent illi, & cæptis insisterent, tum adverterent inania hæc glomeramina *kluffen*, in quarzum desinere cynabriois punctis interstitiis, quod copiosior excipit cynabaris. Latitudo Venarum unius orgiae, schisto nigricante, pingui limo, quarzo ut plurimam sociatur. Peculiares montis cavaturæ *Obermittel*, *diefeller*, *fürsten stollen* vocantur, quam divites, tam novium ob aerem incommodæ, quibus si ad vigesimam quamque orgiam communio fieret putealis, consultum irent, multum etiam huic auxiliaretur proposito generalis ille, cuneus centum viginti sex orgias longus.

*Baboja* itidem mons Cynaburreus, meridiem respicit, egestis antiquorum scoriis late consitus, Valachorum cavaturæ viginti non superant orgias, societas privatorum, generalem cæpit cuniculum horæ duodecimæ oppositum, in S. Josephi cuneo multa cynabaris, & ductus in profundum bene lati se se explicant. idcirco puteali opere crumenæ simul & labore prospiciunt; hunc excipit inferne Leopoldi cuneus septuaginta orgias procurrens; ut priscorum divitias pervestigent, perficiendam ex S. Josephi & Luciae cuneis ad *Dudascher* communionem autumant.

Non multo inferiores his vicini sunt montes, *Maschucher*, *Badisch* dicti, hic tanto melior, quod fluviolo *Naibe* vicinior, pauperes enim mineræ illico elutiari queunt. traditione acceperimus

mus hos inter montes complures delitescere puteos, e quibus Virgineum mercurium situlis, in tribusque Patres nostri legebant, quidquid de his sit, recensabo nunc operas quibus mineras mercuriales seu in unum cogere, seu ab iis mercurium secernere consueverunt.

Operas Mercuriales trifariam divido, aliæ montes evise-  
rant, antiquorum tumulos per vestigant aliæ, copiosæ denique  
fluvium Ampoi circumfident, cynabarim ex alto elutriantes  
Quæ montibus cavandis intendunt, erutas mineras vigili cura  
magna solitudine ita interpolant, ut omne quod cynabarim  
rubet, separent, reliquum *Marut* dictum molis tutoris subigant  
tamdiu, dum ope aquæ heterogeneis partibus ablatis cynabaris  
restet paucissimis admixtis lapillis, *Cuzari* appellatis, atque ita  
paratam massam ad ustrinam deferunt. Quæ priscorum reliquias  
distingouot, ut eas explicent penitus, aggerem uno pede Civili  
profundum, toto montium latere effodiunt, ubi hic agger in  
vallem præceps definit, fossam, *Erugam* dicunt, bene magnam  
fodiunt, tum vere novo, vel autumno deciduis sub imbribus,  
vel solutis nivibus colles, tumulos, aggestam antiquorum molam  
in aggerem præcipitant, torrentes deflui massam omnem in fo-  
veam *Eruga* dictam promovent, inibi diu adeo aquarum allu-  
vionibus macerandam, subigendam, perturbandam, dum omni  
defluo cæno limpidam aquam conspexerint, cuius fundum occupans  
materies *Bafla* nominatur, lotoriis imponenda scannis, ut consue-  
ta elutriatione cynabarim a faxeis partibus, secernant; si copiam  
aquarum nocti sunt, spatio trium dierum *Erugam* plenam fortun-  
tur. Tertiam industriam eluendæ pone fluvium Ampoi cyrabari  
collocant, arenam illam quam exundans Ampoi, vel torrentes  
ia

in eum deflui, rapuere, fodiunt, scamno panno vestito inducant, affusa horæ spatio aqua a crassioribus disjungunt partibus, panum ipsum horis singulis studiose eluent, qui non tantum cynabarinis, sed etiam plurimis auri particulis suos locupletat operarios, sane, aurum septem denariorum cynabari junctum lucriferi, quot hebdomadarum repetito usu comprobatum est.

Jam ad Ustrinam veniamus, hæc oppido ipsi adjacet, hue deferuntur mineralæ, quas a nuptione dignæ sint, primum illi explorant, quibus hæc provincia commissa est, tum calci, aqua non subactæ miscentur ea proportione, quam pyrites cynabari mixtus exigit, mox siccissimam hanc materiem retortis figulinis indunt, istæ vernice forti sunt illitæ sesqui alterius pedis altæ, trium kuparum (species est mensuræ, quam pintam dicimus) capaces, replentur ad dimidium palmum massa miscelata mercuriali, & furno superponuntur, qui superne in duodecim, inferne tredecim minores furnulos divisus est, tum adglutinatas recipientibus, sed extus oblique prominentibus, lenis primum ignis subjicitur, cuius vim in tot horas augent, dum retortæ ignis vehementia penitus candeant, visa pelluciditate retortarum, ignem removent, & ei frigefactis recipientibus, in quæ se mercurius præcipitem egit, eundem excipiunt, cauti, ne quid nigri pulveris parietinis vasorum adhærentis una cum reliquo mercurio dispereat, quem omnem per paucum trajectum, pellibus illigant; vasis denique condunt, capite mortuo, si hoc e cynabari fluviorum sit recondito, fecus nil pensi habito, repurgatis tandem retortis, & recipientibus, novas operas adparant.

Fabrica mercurii sublimati ad Albam-Caroliām , pone vicum Kis-falu paucos ante annos exiurrexit , non sine magno ærarii emolumento. Necesitas mercurii sublimati maxima est. seu Chemiam , seu Medicam & Chyrurgicam spectes , quin hæc illa clavis est , infinitis Chemiæ arcanis reterandis propria , cuius ope , & argenti forte ( vide Boerhave ) p. 186. aliquid in aurum prius non repertum vertitur , sed prudenter a prudente adhibendus corrosivus hic mercurius. Methodum ipsissimam confiendi , uti hic loci cont , lege apud Boerhave processu 198. putabant gentes sibi hoc arcanum deberi , habet etiam in chemicis , quibus Transilvania gloriatur. Mercurii iodinas nostra ætate celebriores adtuli , non nemo etiam in Sede Kézdi Lemhénii hydrargyrum redundasse prædicat , olim certe plures extitisse puteos , unde Mercurius Virginus hauriebatur in confessu est , antiquas has memoriae posteriorum commendatas divitias testantur repetitæ sæpenumero in Urbibus pagisque fossiones , in quibus Virginem terra limoque mixtum cernere licet , quid , an hoc ( aliquitus temen metallicum ) ubi redundat , ibi aurum adfluit copiosius ? vel certe hydrargyrum per multiplicitia Transilvaniæ , plurimaque ditum strata , caloris ope , vel menstruorum , saliumque nunc in has , nunc in alias disperatum partes , aurum sibi amicissimum ita secum rapiat , ut , uti se se diversis unit corporibus , diversas quoque auri Matrices effigiet , quæ non postrema ratio est , quod aurum Transilvaniæ omnis fere speciei corporibus , vel adnascatur , vel se se implicet. (z)

## §. II.

(z) Cynabarum elegantiorem nescio , ac sit quæ int' Ungaria e moutibus juri Krasznahorka subjectis erutor , Chymicis experimentis , uti propriis compertis didici , optime congruit. Krasznahorka castrum est Comitatus Gödriensis , L. Baronum Andrási hereditas , quorum Majores

## §. II.

# De Antimonio.

**A**ntimonium seu stibium, est metallum album, striatum, fragile, post candescentiam liquecens, volatile, aquam regiam tingit colore flavo, omnia metalla friabilia reddit, vis Emedica semper ei adhaeret, ni fuerit destructa nitro, salibus &c. Reguli antimoniales pro diversitate metallorum variis nominibus veniunt, utpote Martiales, Joviales, &c. De regulo stibii Alchymistarum Boerhave processu 213. Haec subdit, sane in examinanda hujus reguli indole impensos labores, & tempora dum recolo, propriæ patientiæ miror constantiam, tantamque vitæ partem examini huic datam fere erubesco: sua quemque voluptas trahit. Acriter impugnant aliqui sulphur auratum antimonii, ens fictum esse differentes, neque a communi sulphure differre probant egregie, idem mihi dubium subortum est, compertum enim habemus non tantum per antimonium, sed etiam decrepitum, ut dicimus, salem, auro colorem conciliari elegantissimum, dicam igitur sulphur auratum etiam in sale delitescere? sulphur ipsius antimonii opime extrahes & majore dosi habebis, si illud cum oleo vitrioli prius digeras.

Metalli-

Simeon Comes Sclavorum Andrew Hydrosolimitano, Sigismundus Vice-Bas-  
sus Temesienis Ludovico I, Bartholomaeus Joanni Hunyiades, Balthasar  
Mathie Corvino, Lazarus Stephano Bathorio, Martinus Joanni Zapollye  
totidem chyliarchæ sago, togaque se se probrarunt. Petrus tandem Maxi-  
miliano Imperatori Charissimns fidei suæ, & bellicæ fortitudinis præmium  
Krasznahorkam accepit. Inlyta horum soboles CAROLUS nunc Chyliar-  
cha, dubium, & ipse facit, utra magis, an Religione superis, &  
fide Regi, an bellica fortitudine patræ expetendus sit.

Metalli-fodinæ Transilvaniæ pleræque antimonio scatent, huc  
huc advolent Chymici, qui sulphur auratum antimonii quæritant,  
forte ex hoc antimonio solari, votorum dampnabuntur, dicere  
nos vereor fodinas apud Dacos illas auri feraciiores esse, ubi  
copiosius est antimonium, & quasi in regulinam substantiam  
compactum, sunt hic mineræ antimonii striatae striis parallelis,  
stellatis, decussantibus, quorum loca, fodinas non indico, quia  
passim eruitur, diversum tamen in diversis. Rubram antimonii  
mineram dari non dubito, cuius indicia habeo maxima, opta-  
rem ut naturæ studiosi in hanc iquirunt penitus. Accolæ Gya-  
lueos ferunt inter prærupta montium pagi *Dongo* ingentis molis  
antimonii crudi frustra prominere.

### §. III.

## De Bismutho.

**B**ismuthum semi-metallum flavescent, album, tessulatum, subfragile,  
aeri expositum diutius, ad dilutum purpureum colorem incli-  
nans, ante candescentiam liquescens. differt a Zincu quod facile in  
pulveres comminuatur, & majoribus tessulis gaudeat, neque cæru-  
lescat uti Zincum; ab Alchymistis marcasita argentea, perperam  
vocatur, Metallis facile sociatur, albedinem iis vel conciliat, vel  
in obscurioribus auget, ut in plumbo & stanno, præstaret,  
istud, si suppeteret, in cupella Docymastica adhibere, plumbum  
enim lentius vitrescit, & cupellæ insinuatur tardius.

Minera Bismuthi ordinario lapidi duro inhæret, fusione  
refractaria, cobalto (Vide §. 5. de Arsenico.) argenti divite,  
& arsenico sepiissime juncta, a non paucis argentum imperfectum  
dici-

dicitur, tanquam præpropere e venis erutum, atque in sui progressu, ad argentum impeditum fuerit. In Transilvania Bismuthum non colitur, e multis autem locis educi posset, si imponitis fructus superiores forent. Cobalti plurima sunt Rodnaviæ vestigia, Ungariæ Bismuthum vulgo incognitum laudant Vratislaviensium & Berolinensium acti. Angli portionem Bismuthi argento adjiciunt, nec abs re: Alii enim Bismuthum arsenicali suo sulphure liberum cum luna fixa non sine augmento cœmentant. Cuprum addita octava parte bismuthi pallescit. A stanoariis vismuthum adhibetur, ut sonorum magis stannum reddatur. Massam ad literarum typos exarandos teneriorem reddit. Mira res! cum Zinco liquatum bismuthum nunquam misceatur. De Mercurificatione vismuthi vide celeberrimi Pott dissertationem, ubi afferit usum vismuthi medicum in circumspectiore praxi, non valere, nec applicationem vismuthi ad mangonia vini probari propter exortas inde pessimas corporis affectiones; externum tamen usum ad tumores &c. tolerari posse. Grandisonas antea Alchymistarum spes, & operosos circa vismuthum labores ita enucleat, ut quidquid abditum, reconditumque in scriptis Adeptorum de bismutho seu per viam sicciam, seu humidam tractando legitur, in apricum deduxisse videatur.

## §. IV.

### De Zinco.

Zincum seu Speauter est semi-metallum albo cœrulescens maleabile, sed rimosum, igne ante candescens liquecens, flamma luteo-viridi, fumo albo floccoso, indolis alkalinae.

Minera Zinci propria nulla est, nec Goslariæ, quæ a Zinco inclaruit, pura hujus foditur minera, plumbagini, ferro, cupro, sulphuri mixta est, cum primis lapidi calaminari, & Galenæ sterili persæpe miscetur. Glauberus ait, ( in hujusmodi mineris pondus Zinci quater superare pondus plumbi, adeoque damnosius esse, tot partes Zinci pro conservatione longe paucioris, & vilioris plumbi, deflagrando, igne fortiori perdere. Unde si minera hæc debite tractaretur, non exiguum emolumendum expectari posse) An idem in Transilvania caveri posset, & immensa Galenarum copia per sublimationem tractanda zincum fœnore prosperaret, meum non est statuere. Ephemerides naturæ curiosorum de An. 1737. p. 308. queruntur in schemnicensium Ungariæ fusionibus praxim istam negligi.

Affinitatem Zinci, & Cadmiæ experimenta Chimicorum diversa prodiderunt ; quanta vero in' furnis liquefactoriis Cadmia ? si e Zalathnensium, Csertes, Vajda-Hunyad, Toroczko fornacum ergastis colligeretur ? Zincum, uti Cadmia cupro flavedinem inducit. Pro Mathematicis instrumentis, hæc mihi compositione arridet : sex libris aurichalci unam libram Zinci addas, erit mixtura auri æmula, huic quidam pauxillum stanno Anglicani addunt, ut polita massa obryzi colorem referat. Qui cuprum, & Zincum commixta ductilia cuperet, is Zincum sulphure multo purissimum reddat. Stanno sociatum Zincum usui œconomico non congruit, quod cum acidis facile solvatur. Flores Zinci, qui sublimando limaturam Zinci, obtinentur, & qui lana philosophica vocantur, tenerrimam alkalinanam exsiccantem terram constituunt, nec ad species corrosivi arsenici referri possunt, prout nec odorem alliaceum arsenicalem spargunt, nec ulterius ullam sub-

sublimationem patiuntur, quod tamen in arsenicalibus usu venit. Usus horum florū internus propter nimiam vim exsiccatem, imo constringentem, non probatur; externus autem merito laudatur. Celeber: Pott in sua de Zinco dissertatione commendat usum florū lege artis paratorum in ophtalmia, & gravissimis oculorum inflammationibus cum aqua rosarum, quam lactescētem reddunt guttātū instillati, præcipue in doloribus ex acreidine lymphæ ortis, proderunt enim oculorum vitiis exsiccando, repellendo, roborando. Ipsius ego novi unum aliquem, qui ulcera mira facilitate, optimo successu floribus his curabat. Glau-  
berus etiam ad recentia vulnera commendat scopo consolidandi, quia humores continuo absorbent. Mea sententia tunc flores Zinci prodeſſent maxime, quando in acidis menstruis soluti, concen-  
tratique vulneribus applicarentur.

### §. V.

## De Arsenico.

**A**rſenicum nec Sal, nec Sulphur, nec Semi-metallum est, quo igitur loco istud statuam defniat Lector benevolus e sequentibus. Fateor: cum arsenicum in quindecim aquæ parti- bus coctum totum dissolvatur, suspicionem salis non effugit, sed gravitas arſenici tanta, ut ipsorum lapidum, spatho ex- cepto, gravitatem superet, sali convenire non videtur; unitur etiam intime auro, cæterisque metallis, quæ salium proprietas non est, Vide sapientissimam Dissertationem I. H. Pott. Chym. & Med. Prof. S. S. Pruss. Sodal: editam Berolini 1741. Nec sulphur est: Lemery p. 439. Becher Phys. subter: p. 787. Ett.

Müller in opp. p. 925. sulphur esse volunt, sed enim arsenicum album flammam sulphuris instar non concipit, nec arsenicum cum nitro mixtum, & in crucibulum conjectum aperta flamma deflagrat, nec cum mercurio sublimato destillatum dat cynabarium, uti sulphura solent. Sed nec semi-metallum dici potest, nunquam enim se solo in liquidum fluxum, nec sine addita comparte in Regulum liquari potest, qua igitur classe istud reponam, definiant illi, quibus plus otii suppetit, quoniam vero plerique metallurgi Arsenicum semi-metallis adnumerant, hoc istud loco patiar. (a)

Valerius in Mineralogia edita Berolini An. 1750. Transilvaniam ab Arsenico celebrat, cum primis illo quod Risigallum audit, & arsenicum flavum est, vel etiam rubrum vulgo Realgar, cuius copiam indico in montibus Olá-lapos, præprimis in fodina Borkutiana exuberat. Inter species arsenici peculiaris est, auripigmentum sulphure abuodans, siquidem candelæ admotum facile succenditur, & sulphuream flammam spargit, igne valido evolat, relicta in tigillo arenis, fumus vero quem exhalat arsenicalis est,

uti

(a) Celeber: Pott in differt: de auripigmento pag. 81. ita habet: sed novum plane & inauditum quid est quod D. D. Klaunig in miscell: natur: curios. de An. 1715. p. 135. recenset, Auripigmentum & arsenicum ab Hollandis magna in copia ad regiones Barbaras transmitti, quo fertilitatem agris concilient, si res hæc utique ita se habet, conferri cum hoc meretur observatio Kircheri in mundo subterraneo p. 237. dum ait Ægyptios arsenicum per agros spargere eo quidem fine, ne cum ipso serpentibus enecent, sed forte hoc' ad fertilitatem agrorum non parum quoque confert, unde simul concideret traditio, quod arsenicum plantis quoque venenum sit.


uti patet e floribus ferro polito adhærentibus, qui iidem continuato igne rubescunt, signo sulphuris manifesto. Hanc sulphuris inexistentiam demonstrat etiam atramentum sic dictum sympatheticum, dum nempe auripigmentum cum calce viva, & forti lixivio, lithargyrum vero cum aceto coquitur, solviturque; hæc clara, diaphana, & dulcis solutio plumbi, si chartæ inscribatur, nullum colorem exhibebit, charta autem volumini, vel libello viginti quatuor plagularum imponatur, extremum deinde latus chartæ auripigmenti aqua, mediante spongia illinitur, & per modicum temporis spatium in eo latere jaceat, sic demum vapor iste subtilissimus omnes viginti quatuor plagulas penetrat, & solutione lithargiri scriptas colore bruneo inficit, quin, & charta hæc super exhalantem tantummodo aurigimenti vaporem posita idem præstare dicitur, Phænomenon hoc causa sulphuris evenire, multis probat Stahlius p. 95. de sulphure.

Superius luculenta Cobaltii vestigia Rodnaviæ extare dixi, dicam Cobaltum mineram & speciem arsenici esse, siquidem tercia pars Cobalti arsenicum est. Id peculiare in Cobalto, quod ejus metallicæ terræ sit, quæ etiam vitrum cæruleo colore tingit, miscetur diversis metallis semi-metallisque, uti de bismuto disserui, nunquam tamen e Cobalto regulus specificus eliquari potest, sed heterogeneis quibusque mixtus, idcirco nec inter semi-metalla proprium habet locum. Cobaltum varium est, ab aliis etiam Cadmia metallica fossilis, nomen accepit, non autem Cadmia fornacum, vel lapidosa. An cæruleum teneat colorem facile probabis, si Boracem ei junxeris, liquatum enim, illico Boracem cæruleo tinget colore. Cobaltum tostum sape Zaffera loco venumit, vera Zaffera sit, dum Cobaltum tostum, in

pulveres contritum, & duabus partibus pulverum e silicibus confectorum mixtum, humefactum positur ad lapidis consistentiam, utuntur hac Zaffera pictores, & qui porcellanam cæruleo colore pingunt. Ad Smaltum e Cobalto conficiendum, exhibita priore mixtione cineres clavellati sumuntur, e quibus in liquefactione productum vitrum, ope molæ tuforiae contritum, & vasorum adminiculo in sublimem colorem effigiatum Smaltum audit. Proprietas minerarum Cobalti nondum a quoquam in apicum educta est, dicunt mineram esse ponderosam, subtilissime striatam, superficie levioris, coloris dilute grisei, obscurioris etiam & nigricantis. omnes tamen hujus mineralis argento plus minus fætae sunt, quod argeatum utique in Smaltum transit, qui id fiat, meditatione dignum esto. Pyrites etiam marcasitæ dicti Smaltum præbent non ignobile. (b) Huc pertinent *Mispickel* & *Kupferringel*, illud minerale pyrites est altus, ad chalybem scintillas fundens, figuræ prorsus irregularis, longe maximam in se continet arsenici partem, ferri parum, plus terræ non metallicæ. Istud etiam Arsenico dives, Cobalto utcuoque simile, ex gryeo rubellum, semi-metallicæ speciei, pauxillum simul cupri, parumque habet sulphuris.

(b) Vide Henckelii Pyritologiam.





## P A R S I V.

### De Sulphuribus.



**S**ulphur est concretum minerale, salino bituminosum, flamma concepta ardens, & fumos corrosivos, acido salinos de se spargens, seu phlogiston propria indole ignescens. Mea sententia : sulphur . est concretum acido-saluum inflammabile.

Binas sulphurum species statuo ; fluidam & solidam. Fluida sunt : Petroleum, Naphta, Asphaltum. Solida : terræ Turfaeæ, Lythantrax , Gagates , succinum, sulphuris micaeæ , & Pyrites , seu Marcasiteæ.

Petroleum e saxis defluit , tenuissimum , levissimum , graveolens , inflammabile , aquæ fontanæ læpe innatans , oleo stilatitio ita simile , plerisque notis , ut multi eliquatum igne subterraneo putent.

Naphta Petroleo quam simillima est, sed dilutior, candior, ignis rapacissima, raptique in se conservantissima, bituminis subtilissima pars, & flos; hunc e fovea pone Medium Medgyes sita colligere, iuxta haurire licebit, vide infra, ubi de fontibus ago.

Asphaltum Petroleo spissius est, cujus species subalternæ: Pisaspaltum, Bitumen Judaicum, solis ardore, mora temporis, exsiccata, & pice vulgi duriora, solo gradu cohaesionis, densitatisque differunt. Berkenmeyer in suo Antiquario curioso An. 1712. meminit cujuspiam fontis ( mihi ignoti ) ad Albam-Carolinam siti, e quo Axungiam haurire liceat copiosam, ad axes, rotasque curruum ungendas, forte hic idem ille fons est, de quo Anonymus Gallus in *Histoire del' etat present du Royaume de la Hongrie a Cologne* 1686. p. 99. & Cirospontoni in *Hist. della Transilvania* memoriae prodiderunt: duplex ex hac Axungia bituminosa derivari posse commodum, si enim ope ignis durior pars bituminis a molliori secernatur, illa candelis conficiendis adeo conductus, ut etiam odorem exhalet amænum, salubremque, ista vero axibus, rotisque ungendis aprime conveniat. Olim e fontibus in Sedis Cfik finibus sitis, hausta axungia, vasis, curribusque deferebatur venum exponenda, nunc ii fontes principi Moldaviae parent.

Inter solidas sulphurum species terram Turfæcam statuo, an satius sit hanc ad vegetabilia referre, quia e musco radicibusque bitumine percoctis constat? non discepto, pars ejus maxima sulphur est, idcirco eam hic recenseo.

Turfæ seu Turffum significat cespitem aridum fusco-nigrum, laterum instar coctum, qui facile ignem concipit, & focos Bata-

Batavorum cum primis alit. Cespes hic alias est naturalis, artificialis alias, uterque primum e terra eruitur paludosa, fescucis, radicibus arborum, culmis stramineis, bitumine terreo foetis interflinta, arte dein paratur, quando Turffia ista laterum instar aqua subigitur, & sole arefacta venum exponitur; sunt porosiores aliæ, aliæ densiores, pro ratione arborum, radicumque bitumine terreo percoctorum. Quærenti cur Hollandia Turffis abundet repono: Hollandiam olim, ut e veterum monumentis habemus, sylvarum feracissimam fuisse, sed per creberrimas vicinorum marium exundationes sylvas istas subrutas computruisse, quæ saluum, cuibus aquæ Holiandieæ scatent, ope, tum calore solis, ac industria hominum in Turffas coagmentatae sunt. Cinis Turffarum multa prævia nive imprægnatus salem in Crystallos nitriformes generat, & effngit, sed fatuus hic sal est, non nisi Encheiresi Alcoholi inflammmandus. Muria e Cineribus facta cum sapone cocta hunc coagulat præter morem aliorum salium lixiviosorum. Discant Turffas querere, & parare illi, qui bene multis in locis sylvarum inopia conflicantur.

Carbones fossiles, seu Lynthantraces, alii volunt, bitumen esse calore solis induratum, alii cuius cuius antiquitatis, vel Diluvii vicissitudinibus arbores, lignaque varia, petroleo, & Naphta ita subacta, ut carbones fossiles dici mereantur, sunt inter hos: schistum fissilem a prime simulantes, ideo schisti carbonarii vocantur; sunt durissimi, lapidum instar, & Gagates dicuntur, poliri etiam amœne queunt; alii pumici similes cum uruntur, sine scoriis in cineres tantum resolvuntur, alii denique speciem ligni, cuius erant soboles, effigiant. Nec istud quale quale commodum in Transilvania desiderabis, quando Zarata, locus

est Cibinio sex horarum intervallo dissitus, optimorum Lythantracum copia suppetit, vestigia ligni, e quo percocta sunt, in stratis suis manifesta præferentium. Quantum enolumentum furorum, ustrinarumque, si his animarentur, sed forte metuendum esset, ne statarium Londini morbum, phtysim nempe cauſarent; cupri certe tot tantæque uſtiones, vel arsenicalis antimonalisque metalli repetitæ toſtiones carbonum fossilium ope celerius, & sine damno sylvarum nunquam fatis deplorando conſeruent.

Succinum, Electrum *agstein bernſtein* est Naphtæ progenies, cui suam sal marinus firmitatem attulit. Succinum omne fluidum fuisse inde patet, quum in multis ejus partibus diversa infecta utpote muscas &c: sit reperire; varietatem suam, coloribus & pelluciditati debet. Diodorus Siculus p. 128. succini meminit inquiens: ab Æthiopibus cadavera prævia conditura succino circumfusa fuisse, ut a corruptione seruentur, igitur his populis ars fundendi succini ea ratione, ut densitatem, & pelluciditatem conservet, nota fuit. Succinum ejus est naturæ, cuius acidum in sale communi, patet hoc ex præcipitatione argenti in aqua forti, communicat etiam argento corneam & volatilē indolem.

### §. I.

## De Sulphure vulgi, & hujus mineris.

**T**رانſylvania idoneos coquendo Sulphuri montes puteosque bene multos ostentat, quos inter, illi eminent, qui Csik inter, & Három-Szék affurgunt, eorum unum Bálványos dicunt,

cunt, alter prope Lázár-falvam, ad rivum Búdós-patak nun-  
cupatum, fodinam Sulphuris vicenis non plus annis desertam que-  
rulatur; memoria digneissimum: ad originem rivuli Búdós-patak  
in contiguo monte Búdós hegy Petram prominere aditu longo,  
latoque, ordine optimo ab artifice natura excavatam, huc omnes  
illi commigrant, quos dira scabies, capitis, oculorumve do-  
lor afficit, & Sospitatem DEUM in ipsis speluncæ anfractibus  
celebraant, nec immerito, siquidem susprium omne adeuntibus  
intercluderetur; ni optimus DEUS pertusum voluissest in superfi-  
ciem montis specum, volatilibus tamen noxiis, quæ hunc  
pervolare parat, in puteum præceps ruit. Dives adeo sulphuris  
est, ut defluui accolæ domum auferant & in Cylindros ma-  
fulasque coquant. Alumen hic etiam redundat. Suadeo accusis,  
ut unanimi studio foramen, seu puteum, quo natura specum per-  
tudit, dilatent, ita enim fiet, ut respirium ingressuris non in-  
tercludatur. Annuos e sulphure fructus priore sæculo redundasse  
indicat rescriptum Stephani Bocskai ad status & Ordines Transil-  
vaniæ Anni 1606, art. 10. quod ita habet: *Fölötte szűkséges, és*  
*közönségesen hasznos-is arrol kegyelmeteknek az Fiscus számára való hasz-*  
*nukat fel-találni, és keresni, akar mi uton és modon lehessen ilyen*  
*extrema necessitas idején, ugy mind az Arany-váltas, cementek rende-*  
*lése, Bor gyűjtés, kénkő, kénéső, arany, ezüst, rez-Bányak*  
*művelése, vas hámorokké aronképpen Et. Et. Fiscus igitur statos e*  
*sulphure numerabat redditus. Vide inferius ubi de fontibus dissero.*  
Inter privilegia a Sigismundo Báthorio Siculis concessa, P.  
Samuel Timon rerum mem: Transilv. p. 179. istud etiam adfert:  
Sulphur apud uro'que Torjenses libere effodient, sed in arma-  
mentarium Principis omne importabunt.

Sulphur aliud est purum nullis heterogeneis mineris mixtum, aliud ita minera pyritica foetum, ut tamen pars major sulphur sit. Purum succini instar pellucidum rubescens in celeberrimis Nagy-ág fodinis reperitur. Ex diversis sulphureis mineris ustis, tostisque paratur sulphur crudum, cuius pars purior in Cylindrulos funditur, pars nigricans & fœculenta sulphuris Caballini nomine venit.

Pyrites triplices statuunt illi, qui Henkelii Pyritologiam celebrant, albos, flavos, & ex his duobus resultantes. Pyrites albi: ad Arsenici, flavi ad cupri speciem sunt referendi; subflavus durus chalybe percussus scintillat, figuræ multiplicis est, sphæricæ, prismaticæ Rhomboidalis, &c: testulatus saepe in Chrystillina congerie visitur, vulgo Marcasita audit, & aurichalco polito similis est. Horum pars quarta sulphur est. Quo magis cupro foeti sunt pyrites, eo pauciores in figuræ concrescant, & quo duriores, eo plus cupri participant. Omnes tamen pyrites ferrum pro basi habent, & terræ non metellicæ juncti sunt. Acidum sulphuris idem est cum acido vitrioli, neque tamen in sulphure quærendum est sulphur Philosophorum. Sulphura metallorum differunt ab aliis sulphuribus, quorum realitatem illis, qui a limine chymiam salutant, ita demonstro: solve duas uncias argenti in sufficiente quantitate aquæ fortis, solutionem præcipita cum spiritu salis communis, vel cum uncia olei Vitrioli, tum injice tres uncias mercurii vivi, & per alembicum ex arena abstrahere lente totum phlegma, aucto deinde igne magnopere per aliquot horas Mercurius ex argento partem sulphuream arripiet, & cum ea more suo sublimabitur in Cynabarinum rubram, quæ veram argenti sulphuream terram in se continet; istud mutatis mutandis ad omnia metalla applicari potest. Vide C. Pott Dissertat: de sulphuribus metallorum 1716. Halæ editam.



# P A R S V.

## De Salibus

UMF

**S**Alia omnia vel sunt Acida , vel Alkalina , quæ resultant ex his , Media vocantur . Acidorum character est 1. ut cum alkalinis , item cum testis ovarorum , aliisque animalium testaceis crustis , lapidibusque , uti cancrorum &c : cum spiritus elastici productione effervescent . 2. ut Syrupum Violarum rubro colore tингant . 3. ut ope ignis in auras dispergantur . De acido sulphuris memini superius , nunc tantum de salibus acidis agam primum , deinde alkalina & Media referam . Inter acida Vitriolum & Alumen numero .

De

## De Vitriolo.

## §. I.

## De Salibus Acidis.

**V**itriolum omne specie Crystallorum polyedra visitur, igne liqueficit, calcinatur, volatile fit, sapore est styptico, compositur ex acido, aqua, & particulis metallorum, cupri nimirum, ferri, & Zinci, quibus ipsa colorum diversitas tri-buenda, cupro cæruleus, ferro viridis, Zinco albus, quot metalla & quam multiplicia solvi possunt ab acido, tam varium generatur vitriolum, quoniam autem acidum latet etiam in vegetabilibus, ut sunt immaturi fructus, musci, quercus &c. si extractum ex his acidum metallo cuicunque solvendo par sit, generabitur Vitriolum, unde fit, ut acidum vitrioli diversis nominibus veniat, nempe: *Primigenium, Catholicum, & Acidum Calabanti, vagum fuisse.*

Terræ diversæ succis mineriferis permixtae & condensatae, sed vitrioli feraces, vocantur lapis atramentarius, hic iterum varius est, ruber seu Chalcitis, flavus seu Misy, niger seu Melanteria, grisens seu Sory. Ubi nativum desideratur vitriolum, ibi, si pyritum copia non desit, nec vitriolum deerit, e calcinatis enim pyritibus, malim dicere, tostis, ustulatisque subinde vero coctis, superaffuso Alkali, per evaporationem & crystallationem inspissatum obtinebitur vitriolum; non absimili methodo Zalathnæ amænissimum vitriolum cæruleum, ipso Cyprio pulchrius nunc excoquutur. Coquebatur non multos ante annos e flava montis Facebai minera, sed majoribus impensis, quam fru-

fructu. Industria tandem summi illius Metallurgiæ Dacicæ Rectoris Illustrissimi de GERSTORFF Eacheiresin adinvenit, Vitriolum cyprio suppar copiosum e pyritibus, quorum hic ingens copia est, educendi, magno sane ærarii emolumento, seu ad aquam fortem, seu mercurium sublimatum conficiendum. Quid si idem in ferreis Hunyadeniis, pyritibus exploratum irent? Goslaria ex minera plumbi pyritosa diuturna ustulatione præparata, in aqua soluta, inspissataque vitriolum album educit, forte hoc vitriolum album fai est, de quo Erckerus mentionem fecit, quod id ex mineris plumbi ustulatis paraverit. Ex lapide itidem calaminari præcedente ustulatione vitriolum parari potest.

Nequeo ab acido Vitrioli divelli, antequam olei Vitrioli, & liquoris anodynī ex eo parandi methodum tradam, liquoris inquam anodynī humano corpori accommodatissimi. Adfero experimentum meum ipsius, quo Vitrioli oleum suppar Saxonico confeci. An. 1764. Albæ-Carolinæ Vitriolum Calcinari, bacillo istud agitans, ne instrumento adhæreat, calcinatum retortæ imposui non supra dimidium, recipientem addidi, qualem in destillatione aquæ fortis adhibent, nimirum e latere tubulo munitum, spiraculis oblitis ignem subjeci, hunc triduo ita rexī, ut per vices, tertio die summe auxerim, primo die igitur phlegma destillatum separavi, altero, circa vesperam vapores levabantur densi, albi, sulphurei ad tertii diei meridiem usque, denique guttæ quædam igneæ stillabant, finita operatione, spiritum ab oleo sejuoxi, & e quadraginta libris vitrioli, quatuor libras & octo semi-uncias olei albi obtinui, ratus inesse oleo etiamnum partem spiritus vitrioli, iterum istud destillavi, & quod nitidum oleum erat, jam rubro-nigrum effectum est, sed immi-

imminuta adeo quantitate , ut libræ tres tantum super fuerint , patet hinc rubrum , vel fuscum oleum vitrioli sola rectificatione fieri , vel ex aliis incidentis materiæ fœcibus . Testem hujus operationis appello Cæs. Reg. Monetarum Magistrum Dominum de HAMMERSCHMIDT , qui excellenti doctrinæ suæ istud addit , quod eos , qui se his studiis addixerunt foveat , tueaturque .

Liquoris Anodynī mineralis Encheiresis ista mihi præ placet : B. olti vitrioli partem unam , S. Vini Rectificatiſſimi partes quatuor , lente , propter fecuturam fermentationem affunde spiritui oleum , tum oblitis spiraculis destilla igne lento , prodit primum spiritus inflammabilis , naphtæ spiritum dicunt , quem seorsim custodi , iterum destillationem renova , acidus magis , minus inflammabilis spiritus erit , quem etiam seorsim custodies , continua laborem , sed igne lentissimo , prodibit inter albicantes fumos phlegma acidum sulphureum , nauſeosum , tandemque sequetur tranſtillans naphta vitrioli , oleum vitrioli dulce , oleum Naphtæ , olcum vini . Liquorem primo & secundo destillatum misce , & erit spiritus vitrioli dulcis , cuius unciiſ quatuor , si inſtillaveris naphtæ vitrioli guttas viginti quatuor , obtinebis verum liquorē anodynū . Vide Rudolphi Ang. Fogel. Iost. Chym. 1755. Göttingæ . Commendat Naxagoras in concord. Philos. ex ſale tartari per oleum vitrioli ſaturato , cum ſpiritu vini in terram foliatam reducto ſulphur vitrioli elegantissimum ; fateor nunquam ſatis aſtimandum liquorē me obtinuisse , ſed variata paullulum methodo nequaquam vulgo coommunicanda . Vide tamen Kesleri Centurias Chymicas .

Oleum aethereum vitrioli dulce , præparatum aurum ſeu per aci-

acida volatile redditum, succinum etiam solvit, & cobaltum spiritus dulcis ad vernicem optimam præparat, neque ulla alia arte vegetabilium virtutes specificas facilius, citiusque extrahes. D. D. Frobenius in actis societatis Anglicæ, Exper: 5. hæc refert: Nihilominus hic æthereus Naphtæ spiritus existit unicum dissolvens menstruum omnium resinosorum, gummosorum pinguium, & oleosorum concretum; mediante hoc omnes ignescibiles materiae fundamentaliter, cito, secure, & cum delectatione in optimas essentias solvuntur, ut sunt: omnia genera oleorum pix, Terebinthus, Balsamus indicus, camphora, Ambra grysea, Sperma Ceti, Mastix, Moschus, Copal, &c.

Id vero stupendum est omnino, quod si solutioni auri afundantur. 2. p. spiritus Naphtæ, aurum ex aqua regia hic spiritus ad se attrahit, & terra quædam alba ad fundum cadit, quæ mox in viridem colorem transmutatur, estque cuprum, illud quod cum auro commixtum fuerat, liquor autem fætus auro supernatat instans olei. Mira profecto res est, qui æthereus iste spiritus, aurum omnium gravissimum ad se attrahat, forte aurum oleosæ, non terrestris indolis est? Vide Pottium in Dissert: de acido vitrioli vinoſo, ubi hæc addit: Hæc auri per spiritum Naphtæ solutio constituit ipsissimas D. Generalis de la Motthe guttas antipodagricas, quarum mentionem adducit commerc: Liter: Norimb. 1731. p. 163. &c: Quod vires medicas hujus ætherei spiritus adtinet, alii effectum refrigeratorium & coagulatorium, alii tonicum, antispaſmodicum, resolventem ei adſtruunt. Qui oleum vitrioli sale tartari saturatum pro basi operationis adhibent, ratione virtutis anodynæ, & antispaſmodicæ cum fructu usurpabunt; alii ob virtutem carminativam inflatulentis, vo-

mitu & D. D. Gohl ad Cephalalgiam, vertiginem, Epilepsiam, extollunt. Celeber: Pott ait: cum Balsamo viræ mixtus hic spiritus singultum momentaneo auferre solet. Qui genuinum hunc æthereum spiritum oleumque Naphtæ cupit, is non venalem, quales apud Pharmacopæos est, adhibeat, sed vel recentita methodo sibi præparet, vel apud Pharmacopæum agat, ut hac & non alia methodo paretur. Ad uberiorem Enchirœm advertas, ut 1. kento igne spiritum vini rectificatissimum destilles, si enim mellago transiit, irritum est, ut ex repetita distillatione oleum prolicas, 2. multum olei deperdes, ni spiritum primum, & falterum removeris, 3. cum fumus albus in vase appareret, intumescentia sequitur, ignis itaqne vis minuenda est, 4. Separatio olei a residuo liquore fiat quantocvus. Oleum vitrioli pro operatione sumendum est, quod ad minimum pennam immissam comburit.

## §. II.

### De Alumine.

**O**MNIUM sententia, qui penitus indolem salium rimati sunt, acidum aluminis, est ipsum acidum vitrioli. Crystalli aluminis sunt octoedræ, saporis adstringentis. Alumen exustum, aerique expositum iterum facundat, cum oleo tartari per deliquium præcipitat in terram albam, sape lapidi calcario diu in patulo detento sociatur. Zalathœ illi ipsi pyrites, e quibus vitriolum conficiunt, iterum aeri exposai possent, & alumine facundarentur, ita differit Neumanus de Sveciæ pyritibus. Szaratæ habentur carbones soliles, si qui hos inter flammam ægre

ægre concipiunt, & spumant, aluminis luculenta præbent indicia, e lignis non ad intimas usque medullas, sed mediocriter tantum petrefactis, vel quibus se se acidum nostrum intime junxit alumnen excoquit Germania, idem Transilvania posset, ligna enim petrefacta, & huic usui accommodatissima cum multis in locis, tum Zalathnensium fodinis suppetunt. Ad Lázár-salvam in specu Montis Búdós hegys alumen redundat, vide superius ubi de sulphure vulgi egi. Vitriolum fodinarum saepe alumine plumboso mixtum est. Ut alumen e lixiviis educendum facilius in chrystallo abeat, alkali aliquod, cineres Clavellati, urina, calx vel aquæ alkalizæ foteriæ, per Daciam alioqui copiosissimæ, affundendæ erunt. Sed nec alumen arte adparare necesse habent Transilvani, natura copiosum sufficit: Cl. D Samuel Pataki Medicinæ Doct. peritissimus, autoptes inquit: in Comitatu Krasznensi ad vicum Zovany fontem exstare, cuius pars tertia alumen est, imo territorium pagi Zovand omne, ubi in planitiem procurrit, si fodatur, aquam alumine copioso refertam præbere. Multi Ungarorum simul & Dacorum valedutinis causa has aquas frequentant, & calefactis, balnei instar utuntur.

### §. III.

## De Salibus Alkaliniis.

**O**MNE SAL ALKALI effervescit cum acido, est saporis acris, & urentis, syrupo violarum colore in viridem conciliat. OMNE Alkalimum SAL junc̄tem acido vitrioli constituit sal mirabile Glau-beri, in quavis frigida facile solvendum, vide plura inferius

de aquis mineralibus alkalinis. Magnus alkinorum usus est, si quidem omium metallorum, terrarum, lapidumque imprimis vitrescibilium solutionem adjuvant adeo, ut in igne magno in vitrum pelluciditatis diversissimæ abeant. Mercurius tamen alkali respuit. Calces metallorum ex cognitis nullo facilius, ac alkali reducuntur. Controversum est, an sal alkali volatile detur in regno minerali, item, an sal alkali fixum, detur in regno fossili? An unquam alkali volatile in rerum natura ante putrefactionem, destillationem animalium, aut vegetabilium extiterit, non ita temere affirmare ausim, lege tamen experimenta hoc §. de fale fontis Rodnaviensis. Si certum esset, salem ammoniacum e profundioribus terræ locis erui, aut etiam vaporis specie propelli, alkali volatile minerale dari statuerem, ammoniacum enim, alkali volatile, & acidum salis communis componit, sed istud ars sola parat. Fixum autem alkali in terris alkalinis quaerendum est, has in aqua solvendo, filtrando, in cystallos regendo &c. atque periculum instituendo, an cum acidis effervescent, syrumpum violarum colore viridi tingant, an sal eductum cum tertia carbonum parte in ignito crucibulo fusum massam hepati sulphuris analogam praebat, &c. Minerale tamen alkali in aere non deliquescit.

## De Borace.

**A**ntiquis Borax, Chrysocolla, Ærugo, Viride-montanum sæpe idem est, nec secus, ac diversis effectibus, quos iis adstruunt, discerni possunt. Vide Plin. Hist. nat. L. XXXIII. C. V. Boracem tamen nostrum ab antiquorum Chrysolla differre statuit Fallopius de fossilibus L. 5 c. 91. ejusdem Geoffroy est sensus.

Agricola Boracem pro nitro veterum habet, idem Boracem Arabum Tinçar esse statuit. Borax difficilime in aqua solvitur, crystallos hexaedras effigiat, faporis est initio subdulcis, in fine vero urinosis alkalini. Metallorum solutionem præ aliis maturat, ideo artifices in ferruminatione Boracem amant. Si crucibula intus Borace illinantur, crusta vitrea sub fusione obducuntur, unde metallum illime fundi potest. Certum exploratumque habemus: ex India orientali navibus Boracem deferri, & antequam Hollandis iter ad Indiam patuit, ex iisdem locis mercatores Alexandriam, inde venetas Boracem promovebant, ubi hodiecum depurando Boraci studiose infistunt, quare etiam denominationem veneti Boracis retinere solet. Sed meliore multo jure Transilvaniæ proles audiat, oportet. Brukman in Magnal: subterr: P. I. p. 270. ait Bifztricci in Transilvania Boracem reperiri, Boerhave. p. I. 828. Transilvaniæ prolem nominat, quibus forte Krekvicus præivit in Topographia Transilvaniæ. Fatoe relationibus horum, qui de Borace Transilvaniæ agunt, lapides minerales Montis Gyalu-popi super Rodnaviam siti, examus, sim convenient, anfractus hic sunt multo plurimi, e quibus Boracem mineralem eruere operæ pretium esset majus, quam colendis fodinis insistere, quia tamen a nemine scio experimenta cum his lapidibus suscepta esse, erudito lectori ea communica-bo, quæ de Borace fontis acidi Rodnaviam inter & vicum Majerhoff ebullientis (cujus venæ cum anfractibus montis, Gyalu-popi communicant) accepi.

I. Fontis aqua defluens lapidem gignit, qui in acidis Sol. vitur.

II. Fontis aqua si coquatur odorem Naphtæ, quem secum fert, illico perdit.

III. Hæc aqua, lenta evaporatione dispersa, terram præbet, quæ per subsequam ignitionem calce quavis, caustica magis redditur.

IV. Aquæ ex scaturigine acceptæ instillatum est oleum tartari per deliquium, subsidit terra alba, sed quæ syrupum Violarum viridi colore tinxit.

V. Residuum aquæ præcipitatæ cum nullo alkali novam præcipitationem passum est, sed cum acidis tinxit syrupum violarum colore viridi, saporis fuit alkalini, non tamen valde caustici.

VI. Si diutina coctione residuum aquæ præcipitatæ urgeas, dabit salem magis causticum. Quid si hoc sal alkali volatile est? & idcirco celeber. Pott de mira & occulta specie Boracis inquit, Boracem non ad aperta, & indubia acidorum, vel mediorum salium genera pertinere, sed potius singulariter intricatam & mire occultam speciem constituere.

VII: Nulla in hoc fonte, vel terra per præcipitationem, aut evaporationem subsidente, indicia salis urinosi deprehensa sunt.

VIII. Plebs late omnis hoc lapide fontis Alkalino; utitur ad morbos mulierum.

Quid igitur? inter Alkalina Boracem referam? istud bene docti multis rationibus confirmatum eunt. Pottius in Dissertatione

ne de Borace his multa, & gravissimis nixa momentis objicit, quæ referre compendium operis vetat. Adstruit author iste Boracem esse corpus compositum, ad quod salia propter specificam mixtionem singulariter immutata, & propria plane natura donata pro generatione Boracis conspirant. Problema igitur esto an Borax sal nativum alkalium sit.

Usus Boracis medicus ille optimus, quo sal volatile, vel potius flores Boracis cum acido vitrioli præparantur. Varii autores, inquit celeb. Pott: ( magnopere cominendant effectum nulloque narcosi suspectum, antipalmodicum quoque, & resolvens, sedans, & blandum somnum cum euphoria provocans celebrant, indeque specialiter ad dolores quosvis, cephalalgias, ophthalmias, vigiliis, deliria in febribus malignis, convulsiones, singultus Epilepsiam, affectus item arthriticos, nephriticos, fere supra modum extollunt. D. D. Krammer in febribus Castrensis cum deliriis savissimis eos tanquam excellens remedium dilaudat, si omni trihorio octo grana in frigida, vel potu calido assumentur, phtysicis vero innocent: Patiar ne compositionem tam excellenter desiderari? injurius essem; ex ipsis igitur celeber: Pottii sententia compendiosas binas methodos adferam, quibus flores Boracis per acidum vitrioli ita præparabis: 1<sup>o</sup>. ad duas partes Boracis unam partem olei vitrioli, & tres aquæ partes, ex commixtione hac sine ulla filtratione temperato calore humiditatem evaporari finas, reliquam massam cucurbitæ immittas, cum alembico, & continuato temperato calore aquositatem in vas recipiens transpelle, sic tranlit phlegma pinguisculum odoris ponacei. Observabis massam siccefcere? cum ignem ardonec flores in alembico conspexeris, & in hoc gr

continuabis processum tamdiu, donec nulli amplius flores ascendant, si sublimationem, hanc quater, vel s<sup>e</sup>pius repetieris, singulis vicibus abstractum liquorem reaffundendo, maiorem florū copiam colliges. Advertendum: ut ignem provide, lenteque regas, et si pars salis aliqua sublimata fuit, ignis extinguatur, & sal eximatur. Altera Methodus sine destillatione h<sup>a</sup>c est: solvuntur quatuor unciae Boracis in sufficienti quantitate aquae calidæ, cui affunditur uncia una cum duabus drachmis olei vitrioli, hac miscela per aliquod tempus evaporata, sal sub forma tenuium lamellarum superuatat, tum evaporatio cohibetur, & laminæ sensim crassiores, & longiores evadunt, unde vas ante absolutam crystallisationem non moveatur, post vero ad fundum cadunt, hiuc liquorem decanta, & lamellas bis terve frigida ablue, & in loco calido, vel sub sole sicca. Hoc sal paulo ponderosius est floribus ob immixtam aquam, de cætero easdem qualitates possidet, eundemque effectum medicum, nisi quod inter dentes paulo magis strideat & in lingua aliqualem licet levissimum sensum aciditatis post se relinquant. Hactenus celeber: Pott: vocantur hi flores, sal sedativum Hombergii.

#### §. IV.

### De Nitro.

**N**itrum idcirco Alkalinis ad numero, quia si non pars constitutiva, certum tamen ejus principium est Sal urinosum, fortius etiam est omnibus reliquis acidis, & corrosivitate sua reliqua acida superat. Nitrum omne quod legimus, ex terra, vel certe nunquam trium, quatuorve pedum pro-

profunditate majore congerimus, sunt qui nitrum ab Hollandis ex India Orientali adferri afferant, sunt alii, qui saxonum speciem aliquam in Finlandia erui dicitent, quæ in crystallos coacta saltem dent nitro simillimum, sed confer hæc cum superiori capite de Borace, & Finlandiaca saxa Rodnaviensium saxis paria esse suspicaberis. Nitrum, quod superficiebus cavernarum crustæ instar adhæret, aphro-nitrum est, nec inflammabile, uti nitrum ex aere extractum, quod fatuum manet, nisi ei phlogystos addatur.

Nitrum verum carboni superinjectum flammam concipit, cum sale tartari & sulphure virtutem aquirit detonantem, solvitur in crystallos prismaticas, hexaedras, lateribus oppositis plerumque æqualibus, & ad bases in pyramides similis polygoni terminatas, si tamen acidum nitri, cum alkali fixo minerali conjungitur, oriuntur crystalli cubicæ, figura, sali comuni haud assimili; loca, e quibus nitrum copiosius colligi queat, sunt Stabula ovium, Vaccarum, etiam Equorum, sed minore spe fructus, item latrinæ, quæ multa urinæ copia madent, cum primis a Cerdonibus, & Sutoribus rejectæ pellium, & corii reliquiae, horum enim omnium salino oleaginosæ partes putrefactæ, & per putrefactionem attenuatae nitrum copiosum reddunt.

Nitrum itaque ubique produci potest. Quid si aliquis Iocom eligeret aeri pervium, arbitrariæ amplitudinis, munitum tecto, ut pluviae arceantur, subtus fossam effodi curaret, lapidibus quadratis e quatuor lateribus, & in fundo munitam, atque hac Matrices recensitas conderet, additis calce viva, vel cineribus alkaliniis, & pulvere carbonum, is utique generationem institueret,

& intra spatum mensis nisi sævissimum frigus incidat, libra una talis massæ duas circiter uncias nitri contineret. Omnem vero massam, quantum nitri datura est, ita explorabis: 20. libris massæ nitroſæ adjice subtriplum calcis vivæ, cinerum alkalinorum, aut horum loco clavellatorum libram dimidiam, immitte hæc in vas capax, quibus fervidæ duplum affundes, commixtaque spatio viginti quatuor horarum macerabis; totam dein massam infunde in saccum lineum transibit lixivium primo turbidum, hoc iterum transcola, ut pellucidum sit, quod in aheno ebulliat, donec dissipatum fuerit tantum liquidi ut guttula ejus fri-gido plano instillata congelascat, frigescat denique solutio per diem & noctem, quæ in crystallos concrescat, repetitur ope-ratio cum residua solutione, & iterum crystalli generabuntur. Vide J. A. Cramerum pag. 329. Nitrum igitur generatur ex pingui, alkalina, terra, aere.

In usibus medicis spiritus nitri dulcis commendatur, hujus præparandi rationes vide apud diversos varias, mihi celebre: Pottii in Dissert: de acido nitri vinoſo, ista præplacet: oleum, inquit ille, vitrioli affundatur nitro, & in decem partes spi-ritus vini rectificatissimi inditas igne lento propellatur, quam-quam non sine strepitu id fiat, & posteriores guttæ spumam emittant, sed hic spiritus postea, vel per se, vel per Alkali rectificari potest, ego certe methodum hanc omnibus aliis præ-fero, dum hac ratione omnia mox halituosa, & subtilissima forma miscentur) ita Pottius.

## § V.

## De Sale Medio.

**S**AL medium, seu neutrum voco illud quod ex Alkali & acidu diversa proportione vel æqualiter participat, multæ hujus numerantur species, sed Muria fossilis prima est quam sal fossile nuncupamus.

## — De Sali Communi.

Hoc sal voco medium, constituunt istud acidum, & alkali æqualiter sociata, sal fossile nativum, seu Muriam puram, idest sal gemmæ copiosum adeo gignit Transilvania, ut non iuria dixerim, Ungariam in controversiam vocari, an hoc ei naturæ munere suppar esse queat. Cogitanti mihi Transilvanum sal ea methodo, quam in metallorum descriptione tenueram, scribere, lababat calamus, neque enim inducere in animum poteram, æquam esse metallorum, Salisque fodiendi rationem, igitur procurro ad operas salinas, cum peritis tracto negotium, sed quieto esse non licuit, dum aliquis obortas subinde difficultates explanaret; oportune S. D. de HAUER Maromarnsium, & Tordensium Salis-fodinarum Geometram convenio Virum Geometram cumprimis subterraneam a prime doctum, & in cunctis salis fodinis multorum annorum usu singulariter versatum, hic mecum fodinas ingredi, quæsitis examissim reponere, votis denique meis respondere; ego gaudere: quod Lectori meo veram Salis-fodinarum iconem exhibere valeam.

Sal fossile duplex, statuo, purum & terreis mixtum partibus

tibus, triplici methodo eruitur, Venarum instar, ganzueis, glomeratum floroveis, petrarum in modum, saxorumque stokveis. Secturæ, ubi nudam Salis-petram cavant, conum truncatum effigiant, ubi autem Venas, vel glomeramina consequantur, cuneis, puteisque non aliter, ac in metalli-fodinis operas continuant. Fodinæ maxima admiratione, & curiosa inquisitione illæ dignæ sunt, quæ conum truncatum imitata basim ipsam inventuras ætates novis semper latitudinis accessionibus dilatari patiuntur. Hæ ita construuntur. .

Comperisti quoconque molimine seu certa Patrum traditione, seu instrumenti, quod terebrum montanum vocant, tentamine, nudam salis petram determinato in loco inveniri, binos puteos invicem tribus orgiis distantes effode, parietinas puteorum quercentis trabibus solertissime firmabis, dum ipsam salis-petram attigisti, hæc *Salzhimmel* audit, cui ut robur in annos duraturos conferas, intervallo trium circiter orgiarum putcos effossos ita dilatabis, ut ex ipso sale basim efformes, quam *Sejek* appellant, exsectam basim pellibus bubalinis, aut bovinis vesties, quod hæ omnem ad se humorem attrahant. His perfectis salina saxa cavabis, in utrisque puteis latera coni, & arcuatas parietinas dilatans, donec mutuis ictibus pertusi putei in unum se se puteum explicent, propendens hic salina moles *kampf* vocatur. (c) Advertisi forte salinas venas decussatas, & obliquas esse? superiorem plani inclinati partem dices *Aperturam*, inferiorem *Finale*, ad quæ idcirco gnaviter advertendum est, quia si initium fissionis salinorum scannorum summas in Apertura, frusta salis effodienda nulla

nulla sui parte læsa, ruptave egeres, secus in plures partes disperdenda, non minore operarum damno, quam ærarii detimento. Si autem venæ circulares, vel irregulares fuerint, tum frusta salis, quæ *scamna* dicuntur, ad Horizontem parallele fodiantur oportet.

Nihil est, quod his cavaturis officiat amplius, ac scaturigines interdum inter salinæ petræ adjacentem limum ita prorum-pentes, ut ipsam salis petram penetrant, emolliant, dissolvantque. Cautione itaque magna opus est, ut in primorum effossione puteorum venas Icaturiginum solerter investiges, ac non longe dis-situm, sed decliviorem locum signes, in quem cuniculus adigi possit ad scaturigines eo derivandas, quod si declivius planum nullum inveneris, cunei loco puteum iterum, sed primis duobus profundiorem effringes, qui *Forsinken* appellatur, & ad hunc puteum, ex primis ducto cuniculo, aquas salis petræ nocituras derivabis. Si forte puteus hic nimirum *Forsinken*, aquis repleretur, eas ope vilioris cuius machinæ levabis.

Puteos saxeæ salis moli impendentes, ita discrimina, ut unus scalis, per quas operæ comeent, remeantque, alter ex-trahendo sali deserviat, Machina *Gabel* dicta, pone solet ex-strui, quam quatuor equi octonis ipsis horis circumagent, ut frusta salis compendio virium non exiguo extrahant; foccus cui salina saxa induuntur e funibus retium instar contextus, cui vero minutæ (\*) Salis inponuntur, e pellibus Bubalinis consutus est. Illi e funibus contexto non sine horrore memet ipsum dum

Tor.

(\*) Minutiæ Salinæ hic in tumulos coacervantur, in Ungaria vero efformatis hac de causa vasis ingestæ secundo Tibisco promoventur.

Tordenses fodinas lustrarem, illigavi, illigarunt se se duo Comites, quartus, extus saccum in transverso ligno, non magis lato ac ut pedes, fulcire valeat, capitibus nostris imminens stabat intrepidus, funem ne in parietinas putei offendamus, recturus; adpellimus ad Basim feliciter, irretitas facco manus pedesque explicamus, lustramus operas, stupore defixi meditamur ingentem Coni Basim, altitudinem visu amoenissimam contemplamur, nam, ut eam penitus intueri licet, ardentes straminei facies ex orificio putei dejecti theatrum visu jucundissimum exhibebant, cum ad Venas Salinas conversi obliquum basis planum, peripheriam ellipticam potius quam circularem, normam fodiendi, inde eos, variosque operarum labores pervestigamus, hac inter iobitus, murmur, tonitu exaudiri, nos vereri, cum e Geometra pane adstante quæro, quid hæc sibi vellent? ille bono animo nos esse jubet inquiens: hos continuo exaudiri fragores, quando scama salina in Aperturæ cæpta, ad finalem usque terminum pertusa, tamdiu malleo, qui cunens est, tunduntur, dum perforantur. - Nimirum aeris interni compreßisque cum aere exterio rarefactoque conflictus, fragores, sonitus, murmura, tonitruis non absimilia excire consuevit. Visis igitur omnibus, quæ ad experientiam facerent, fossoribus bene precati, saccis iterum impliciti revertimur, sed Hem! quæ nos famæ invasit singulos, meridiem suspiravimus, ut insolitæ fami consulamus, hospitalē fe. nobis S. D. de KERN eruti Perceptor Salis, Vir ad operarum felicitatem inibi locatus, exhibuit, & tametsi lauto nos prandio refecerit, famæ ipsum triduum perstigit, utinam quoties nausea stomachum occupat, eo descendere foret integrum! Jam ad singulas Transilvaniæ Salium fodinas invisamus.

## §. VI.

## T o r d a.

Tordam Reichersdorffius ita extollit ( Torda Salium fodinis tam celebris est , ut vix parem in toto oriente fundum reperias ) Zamoscius Oppidum Romanorum *Salinæ* dictum fuisse , contendit . S. D. de SCHELZ de Sale Dacico meritus ita , ut qui maxime , An. 1756. forte tectum puteis antiquæ fodinæ incumbens renovoaturus , advertit eminus , nodum Quercinam tecto imminentem quamdam inscriptionem præseferre , non quievit ante , quam admotis scalis cominus eam scrutaretur ; tulit curiositatis pretium , annum enim 1364. fodinæ originem dedisse , ex eodem anno quercinæ moli iuciso , luculente compertit . Si hæc fodina per id temporis tercentis nonaginta duobus stetit annis , ad quæ retro tempora illas trajiciam , quæ superioribus post memoriam hominum annis frigida inundatæ , nunc vero ad extimam usque superficiem tepentibus refertæ , sui ipsarum ætatis oblitæ , novam Epocham sortitæ sunt ? Præcipuos Torda , quinque munerat puteos , quorum primus Superior , alter Inferior , tertius Colosensis , quartus S. Theresia , quintus S. Antonii vincipiantur . Superioris basis diameter quadraginta quinque & dimidiæ orgyarum , altitudo quinquaginta sex orgyarum & duorum pedum est , Salem cætera purum , præterquam quod exignis fibris terreis intersinguatur , octoaginta septem fossores , cum octodecim volonibus cavant . Inferioris diameter triginta sex orgyarum , & quatuor pedum , altitudo quinquaginta trium orgyarum propter salem nihilo a superiore diversum ad sui culturam septuaginta quinque fossores , octodecim Volones invitavit ,

Colo-

Colosiensis putei diameter quadraginta, altitudo quinquaginta novem orgyas complectitur, hunc fossores tres supra sexaginta, cum volonibus duodecim excavant, terreæ fibræ, sali permixtæ, diem ex die imminuunt adeo, ut purum omni parte sale reddant. Vide fig. : 5. hanc P. D. de KLEPS, tamen regis ad Salinas obsequiis distractus, egregia tamen penicilli arte effigiatam, pari animi alacritate mecum communicavit. 1. Peripheria fodinæ. 2. Puteus, e quo salina faxa evolvuntur. 3. Puteus cui scalæ imminent. 4. unde humor omnis ad Nu: 8. cuniculum derivatur. 5. Machina molem salinam levans 9. Apertura & 10. Finale, quorum etymon vide superius. 11. e pertusis in unum puteis prominens saxum Kampff dictum. Putum S. Theresiæ nuincupatum fossores triginta, cum quindecim volonibus longitudine diametri viginti sex, altitudine perpendiculari triginta quinque orgyarum eviscerant. Novitus S. Antonii puteus præstantia cæteris par est.

Vetus superat puteus orienti oppositus magna fodina dictus, hujus ruinam cavatores timebant, rimis enim actis, terram, quæ petram salis circumdat, distincte intuebantur, ne igitur malum, quod operiebantur, superiori fodinæ obsit, nocuisset autem omnino, ruina enim sua superioris etiam putei compagem labe factasset, prævertere detrimentum maluerunt, quam experiri. Anno itaque 1762. 19. Junii puteos utrosque obstruunt, & obturast, præclusis terram sale mixtam ingerunt, nec sine causa, opinantur enim aerem interclusum ad rebur parietinarum plurimum conferre.

Compressi aeris, & admoto igne in flammam prorumpentis exemplum sensere Tordenses tunc, quando novum puteum Salis

Salis periclitantes, Terebro montano decem orgyas perforant, forte candelam ardenter admovent, & continuo aer flammam concipit, quæ tantisper gliscenti similis, mox cum ingenti fragore dentum ignem, in patulum aerem evomuit, operariis interea in terram procumbentibus, & ne quid deterius eveniat sollicitis, sed suapte ignis hic evanuit.

Superius pag. 117. ubi Sacrarum Claudiopolitanæ Civitatis Ædium incunabula periecurus sum Diploma Vladislai exhibui, quo Salem valore tercentorum florenorum auri Fratres Minorum de Observantia, regia munificentia conequuntur, Salem hunc Rex e Camera Tordensi ex illo Szekeres So nuncupato, propter templi fabricam dari jubet, persistisse autem hoc idem beneficentiae testimonium aboluta etiam fabrica liquet e sequenti.

„ Ludovicus DEI Gratia Rex Hungariae, & Bohemiae, &c.  
 „ Fidelitus nostris Gregorio Georgio de Batthyani Comiti Ca-  
 „ merarum Saluum nostrorum Transilvanien: nec non universis,  
 „ & singulis Cameratis tum in Transilvania quam in regno nostro  
 „ Ungariae constitutis ipsorumque officialibus ac vices gerentibus,  
 „ item tributariis & Telonatoriis, & aliorum quorumcunque,  
 „ cunctis etiam alterius cuiusvis status & conditionis hominibus  
 „ subditis nostris praesentes viiuris salutem & grat.am. Intelle-  
 „ ximus nos anno proxime præterito Fratribus Ord. Minor. S.  
 „ Francisci in Claustro de Kolosvar degentitus secundum dota-  
 „ tionem helemosynariam Genitoris nostri piæ memoriae, in Ca-  
 „ mera nostra Tordensi Sales tercentorum florenorum dari &  
 „ deputari fecisse, qui, restituti propter parentiam inundatio-  
 „ nis aquarum, tuoc in hoc Regnum Ungariae educi non pos-  
 L sent,

„ sent, de autem hujusmodi Sales cum damno ip'orum fratrum  
 „ ibi perirent, id eisdem fratribus duximus concedendum, ut  
 „ illos libere valeant, atque possint educi facere. Quare fide-  
 „ litatibus vestris harum serie mandamus firmiter, quatenus dum  
 „ & quando per præfatos Fratres, aut homines eorum præten-  
 „ tium ostensorum, tempore eductionis prædictorum salium cum  
 „ præsentibus requisiti fueritis, eosdem cum illis ubique libere,  
 „ & sine omni impedimento, nec non Triburi, ac Telonii  
 „ solutione dimittere, permettere, & permitti facere modis omni-  
 „ bus debeat, secus facere non præsumatis, præsentibus per-  
 „ lectis, exhibenti restitutis. Datum Budæ feria sexta proxima  
 „ ante Dominicam Palmarum Anno Domini Millesimo quingen-  
 „ tesimo vigesimo.

Hoc Diploma consuetudinem Salium Tordensium in Un-  
 gariam effterri solitorum arguit ab annis 247. invalidisse ( ta-  
 met si superioribus dudum temporibus haec ceperit communio )  
 sed quoniam Torda fluvius vicinior nullus est, ac sit Aranyos,  
 tenuis ip'e. ferendisque navibus impar, ubi in Marosium illa-  
 bitur, uti nunc, olim etiam ad deferendos sales eundem auxe-  
 rit? igitur secundo Marusho in Ungariam Sal Dacicus efereba-  
 tur. Unde apud script. rerum Uog. Verus Salis portitor audit.  
 Tantas Torda Salum divitias sive suo complectitur, ut quadri-  
 genta millia lapidum Salis secundo Marusho in Ungariam singulis  
 annis trajicere valcat.

## §. VII.

## Vizakna Salzburg.

**D**icitur Cibinio duobus milliariis, vocabulum istud sicuti patrio idiomate puteum aquum indicat, ita nullus puteus est, qui non scateret aquis. Eo igitur necessitatem horizontalium cuneorum, de quibus egeram. Fodina minor nuncupata, in meridiem tanto affluxu aquæ madet, ut non scaturiginem, sed canalem aquæ eo derivatum fuisse dices, eadem fors manet neocerætam S. Francisci, aqua in hanc e septentrione prorumpit. Quæ minus aliis madet Magna vocatur. Altitudo Magnæ 66° Basis diameter 35° Minoris A. 53° B. 29° S. Francisci A. 25°, B. 13° Banatus, qua patet, iohannes Vizakna salis lapidibus utitur.

## §. VIII.

## K o l o s.

**K**Num tantum cavat pureum, alter enim, posteaquam altis r̄mis aqua copiosior cum inundasset, labem duxit non reparandam; qui super est, ejus baseos diameter, viginti quatuor, altitudo quadraginta sex orgiis definitur. Kolos quinquagies mille centenarios salis Magno - Varadinum quot annis trajicit. Ni multorum testimonius adducerer, non paterer omnino Gallinæ illius meminisse, quam cum pullis in salem conversam, & e vetere puteo erutam esse, vicinia late omnis perhibet.

## §. IX.

## S z é k.

**O**ppidum Comitatus Doboka prisorum puteorum vestigiis illustrare, in ipso montis vertice puteum ostentat; nunquam istud latius suos ditat colonos, ac quando in Deés, de quo infra, quibus quibus ex causis fossio intermittitur. Putens hic ipsis triginta sex annis delituit, reclusit eum D. de SCHELZ. Altitudo putei quadraginta septem, diameter triginta duarum oziarum est, Sal partibus terreis mixtus est, nullum tamen ab aquis patitur incommodum. Isthic olim officium Cameræ Regiae viguisse sequens diploma confirmat, quod similiter, atque prolixum est, Eruditorum gratiis offero.

„ Nos Joannes de Hunyad Comes (d) perpetuus Bisztricensis  
 „ memorie commendamus tenore praesentium significantes quibus  
 „ expedit universis quod nos ob spem, & devotionem specia-  
 „ lem quam ad Gloriosam DEI Genitricem Mariam ac S. An-  
 „ tonium habere dinoscimur, tumque ad humillimam supplica-  
 „ tionem & instantiam FF Prædicatorum in clauistro B. M. Virginis  
 „ & S. Antonii Confessoris in Civitate Colosvár fundato commo-  
 ranti-

(c) M. I. de Thwrocz suavit (1452.) D. Gubernator Regnum --- omni industria præservatum Regi Ladislao restituit. Propter quod ipse Rex D. Gubernatorem longas orbis per partes diffusis præconiis -- erga se commendatum --- in Comitem perpetuum Bisztricensem sublimavit, & temporalem gubernationis dignitatem -- in perpetuam commutavit hereditatem ) Igitur Districtus Saxonum Bisztricensis, fuit hereditas Joannis de Hunyad.

„ rantium reformationem , & fabricam ipsius Claustrum ,  
 „ seu Monasterii in persona Serenissimi Domini nostri Regis ,  
 „ item ad usum Fratrum in ipso Claustro degentium in festivi-  
 „ tatibus singulis beati Georgii Martyris, singulis annis Sales ad va-  
 „ lorem quinquaginta florenorum auri perpetuis temporibus dare ,  
 „ & administrare , & per Camerarios regales de Zeeck administrare  
 „ deputavimus , & vigore præsentium deputamus . Quocirca  
 „ vobis nobilibus Viris Camerariis regalibus præsentibus scilicet  
 „ & futuris in Camera Zeeck constitutis præsentium serie in per-  
 „ sona Serenissimi Domini nostri Regis firmissime committimus  
 „ quatenus , amodo imposterum præfato Claustro in Civitate  
 „ Colosvár in Nomine Beatæ Virginis Mariæ , & Sancti An-  
 „ tonii Confessoris fundato , conqueanterque Fratribus in eo-  
 „ dem commorantibus in singulis festivitatibus Beati Georgii  
 „ Martyris annuatim Sales ad valorem quinquaginta florenorum  
 „ auri in Camera Zeeck perpetuis temporibus reddere , & persolve-  
 „ re debeatis , & teneamini , secus nullo modo facere præsumatis  
 „ præsentibus perfectis , exhibentibus restitutis . Datum in Colosvár  
 „ in festo SS. Innocentum Martyrum Anno Domini Millesimo  
 „ quadringentesimo quinquagesimo quinto .

Hoc beneficium a Genitore collatum Mathias filius ita secun-  
 dum confirmat : „ Nos MATHIAS &c. prædictas literas &c. -  
 „ - - approbamus & ratificamus , easque nihilominus & omnia  
 „ in eis contenta non obstante decreto in Alba-Regali tempore  
 „ Coronationis nostræ edito , in quo declaratur , quod infra  
 „ lapsum unius integri anni , omnes literæ Serenissimi quon-  
 „ dam Ladislai Regis Hungariæ immediati prædecessoris no-  
 „ stri , & nostræ ante coronationem nostram datæ confirmari

„ debuissent, alioquin viribus carituræ relinquuntur, ex certa  
„ nostra sententia & de potestate Regia pro præfatis Fratribus  
„ Prædicatorum in Monasterio Beatæ Mariæ Virginis & S. An-  
„ tonii Confessoris commorantibus, innovantes, perpetuo valituras  
„ roboramus, supplentes omnem defectum, si quis propter la-  
„ , p'um dicti unius anni unquam objici posset, quin ino volu-  
„ mus & authoritate Regia, decernimus, ut prioris privile-  
„ gii simul cum prætacticis literis nostris, & roboratione desu-  
„ per facta in suis vigoribus permaneat perinde, ac si infra  
„ lapsum ipsius unius anni ad roborationem præsentatae fuissent.  
„ Præsenti scripti nostri Patrocinio mediante, &c: Datum Bu-  
„ dæ feria sexta proxima post festum Ascensionis Domini Anno  
„ Ejusdem Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, Re-  
„ gni nostri Anno decimo, Coronationis vero quarto.

S. X.

Deés - Akna.

Comitatus interioris Szolnok penus Salina, duas easque præ-  
divites todinas ostentat, una septentrioni, altera meridiei  
opponitur, illius profundum viginti duabus orgiis deprimitur, dia-  
meter basos in sedecim orgias procurrit. Hæc sexaginta orgias  
lata diametrum baseos in quinquaginta sex orgias protendit.  
Erat alia, peretus, profunditate septuagiota duarom (d) latitudine  
quia-

(d) Vernherus apud Schwandtner. T. r. p. 856. ait ex hujus Salis medio excisum fuisse robur trabi simile tanta duritate, ut ne ferro quidem facile cederet, sed idem extra fodinam extractum ita computruisse intra quatuor dies, ut primis digitis cancerpi, & conteri potuerit.

quinquaginta quatuor orgiarum, sed vitium fecit, quando hyeme nimium humida, maduere omnia, mox deciduis immani copia nivibus, atque momento gelu constrictis, subitus cedere omnia cogebantur, cessere etiam putei fodinæ maximæ, & præterquam quod plures orgyas subsederint, invicem ita congesti sunt, ut vix locum reliquum fecerint scalis, per quas fossores se se periculo eriperent. Deés-Akna præter eos, qui domi venum eunt octagesies mille centenarios salis quot annis in Ungariam trajicit, Florebunt Deés-aknenses fodinæ, dum hæ indefessæ industria, & pervigili solicitudini D. de BRUNEK creditæ fuerint. Quas immunitates vetus Akna numeravit, e sequentibus patebit.

„ Nos Mathias DEI Gratia Rex Hungariæ Bohem. &c.  
 „ memoriae commendamus tenore præsentium significantes, quibus  
 „ expedit universis quod nos tum ad supplicationem certorum fide-  
 „ lium nostrorum pro parte universorum incisorum Salium nostro-  
 „ rum regalium in oppido nostro Akna commorantium Majestati  
 „ nostræ propterea factam, tum vero ut ipsi ad servitia nostra,  
 „ quæ nobis in incisione Salium continue facere habent, &  
 „ promptiores reddantur, quanto majoribus gratiis se a Majestate  
 „ nostra conspexerint fore insignitos. Eosdem a solutione quarum-  
 „ libet taxarum tam ordinariarum quam extraordinariarum ab ipsis  
 „ Majestati nostræ quandoque provenire debentibus, prout & quem-  
 „ admodum etiam haec tenus una cum incisoribus salium in oppido  
 „ nostro Deés commorantium exempti fuisse dicuntur. Idem etiam  
 „ ab ingressu quorumlibet exercituum per nos seu alios quoscun-  
 „ que de nostro mandato tam contra perfidos Thurcos, quam  
 „ etiam alios quospidam nostros, & hujus regni nostri æmulos  
 „ generaliter vel particulariter, instaurandorum in perpetuum de-

„ novo duximus gratiōse eximendos & supportandos , uno exi-  
 „ mimus , & supportamus praeſentium per vigorem . Quocirca  
 „ vobis fidelibus nostris , Dicatoribus , & exactoribus prae-  
 „ dicarum taxarum tam ordinariarum , quam extraordinaria-  
 „ rum . Item Vajvodis & Vice-Vajvodis ac capitaneis , Belli-  
 „ ductoribus , levatoribus , & solicitatoribus quorumlibet no-  
 „ strorum exercituum , tam generalium quam particularium , in par-  
 „ tibus regni nostri Transilvaniae pro tempore constitutis , prae-  
 „ sentium notitiam habituris harum serie firmiter mandamus , qua-  
 „ tenus ammodo praeſatos incitores Salium in dicto oppido no-  
 „ stro Akna commorantes ad solutionem quarumcunque taxarum  
 „ tam ordinariarum quam extraordinariarum , ac ad ingressum  
 „ quorumcunque exercituum nostrorum tam generalium , quam  
 „ particularium contra quoſcunque iuſtaurandorum artare , &  
 „ compellere , aut ipſos propter non solutionem hujusmodi taxa-  
 „ rum ac non ingressione alicuius exercitus nostri , in personis  
 „ rebusque & bonis suis quibusvis impedire , turbareque & mole-  
 „ stare nullo unquam tempore praeſumatis , nec fitis aui modo  
 „ aliquali , gratia noſtræ ſub obtentu , praeſentes autem , quibus  
 „ ſigillum noſtrum eſt appenſum , poſt earum lectionem ſemper  
 „ reddi jubemus praeſentanti . Datum Budæ feria ſexta proxima  
 „ poſt festum Transfigurationis Domini Anno Millesimo quadrin-  
 „ gentesimo ſeptuagesimo octavo Regnorum noſtrorum Ungariæ  
 „ vigesimo primo , Bohemiæ decimo . Haec eadem confirmavit  
 Ferdinandus in datis per manus Reverendissimi in Christo Pa-  
 tris Nicolai Olahi Episcopi Agriensis Compatriſ ſui , & Conſi-  
 liarii , ac in Regno Ungariæ Cancellarii . Poſonii vigefima  
 quarta die Mensis Martii . Anno Domini Millesimo quingentesimo  
 quinuagesimo ſecundo Regnorum Roman: vigefimo ſecundo , alia-  
     rum

rum vigesimo sexto. Hæc privilegia Deësinum ab Akna secerunt, scilicet etiam Deësini olim salinæ colebantur, quæ subinde per Tartaros everatæ, nondum instauratae sunt.

## §. XI. Parait.

**U**Dvarheliensium nunquam exhauriendæ Salis divitiæ uno Parait nomine veniunt, sed vicinia late omnis Sale fæta est, Saza immania, quæ Sal purissimum sunt, altis de montibus prominent, hic todinas Salis nullas est cernere, sed scrobibus quadratis rem agunt, nec altiores fodunt, quam ut humeris suis effossum Salem facile efferant, Siculiam tamen totam quinquagies mille centenariis ditant. Illud memoratu digoum, quod lacus ingens monti incubans ruptis aggeribus totum se in fluvium Kükollo exoneraverit, unde piscibus fere omnibus, ac imprimis Bartonibus enectis, accolæ ipsi non parvum senserunt incommodum, quod aquis Kükollo insueti, fontes alias perquirere coacti sint, ita copioso sale lacus hic fluvium Kükollo permiscuit.

Si curiosus aliquis querat, quot universim centenarios salis Transilvania suppeditet, responsum ingenuum habeat: Millionem & sexcenta millia centeniorum sufficit Transilvania. Quis jam in dubium vocare audeat, pri'cam illam Regum consuetudinem, qua suis Administris copiosos sales annuæ solutionis partem numerabant? Ita Palatinus seu Pro-Rex numeratos habuit sales, valore 2000 fl. Magister Curiæ Regiæ 500. Banus Dalmatiæ,

tix, & Croatiae 1000. Vajvoda Transilvanus 3000. Magister Curiæ Regiae 500. Castellanus Budensis 500. Comes Temesiensis 1000. &c. (e) Manifestum vero est, superiori ætate Nobilibus centenarum salis sex Crucigeris venisse, si itaque Vajvodæ Transilvaniæ, valor salium 3000. fl. statutus erat, & hi Rhenenses fuerint, utique 1500. Centenarios salis quot annis accepit. Nihil vero alienum dicam si nulla posteriorum ætate, nullis nepotum g̃onatibus exhaustiendas Dacici salis civitatis prouinciavero.

Non est infrequens videre purissimi salis Crystallini frusta, quibus guttas aqueas natura multo arctioribus, ac sint Hermetis repagula, nixibus conclusit; erant, qui hoc apud me phœnomenon mirati, guttis aqueis simul, & aereis inter artos conclusis carceres bene precarentur. Est mihi etiam Crystallus, quam ab amica memoria dignissimo P. D. de Gergely, Regio ad salinas Tordenses curatore, accepi: hæc pelluciditate sua spectatores mire detectat, siou suo arctissime conclusos exhibens cundices, & pappum Cardui herbæ, guttam etiam mobilem fovens, quæ colore aurum imitatur quidem, sed aquam esse censerem. Lentes causticæ diametri trium quatuorve digitorum e purissimo crystallinoque sale Vizakoe venum exstant, radiisque solaribus trajectis uruot. Sæpe mecum multo studio volvebam, cui tandem usui cedere possent ingentes tumuli salini,

¶

(e) Acta Comitiorum 1607. ita habent: Hog a' Colosi és Széki Aknák jövedelméből az Bonczidai hid reparáltafsék. Item 1613. A' Székelyeknek az Aknárol hízok fügségekre elegendő Só adássek. Item: 1614 A' Székelység egy szán vagy egy székér Sótól tizen két péntz ád.

ni, qui e minutis confacti, dissolutique salis exsurrexerant, cum opportune apud Celeber: Pottium in dissertatione de sale communi pag. 22. legi. Is omnium optime apicem circa nitri generationem tetigit, qui sal commune, & Tartarum omnium citissime in putrefactionem deducere noverit. Hæc ille. Posset forsitan compendium aliquod impensarum fieri, si pro aqua fortis, & Mercurio sublimato conficiendis, nitri generationem institueremus.

## §. XII.



### De Sale Ammoniaco.

**S**AT Ammoniacum Ægypti problem cur in Transilvania quæro? Omne ammoniacum ex animalium fimo, urina & fuligine confit, posset ne idem apud Dacos educi? juvabit hanc in rem celeber: Pottii sensa prodere pag. 17. de Sale communi ita habet: De lixivio salis relictis non crystallisabili non ignocum est ex Excell: Hoffmanni observ. Chymicis p. 194 quod istud *Mutter soluble* vocent, in aere deliquescentes, in spiritu vini solubile ab oleo vitrioli coagulatur prodeunte spiritu salis, quod iterum ab oleo tartari, vel sale Alkali coagulatur, & separari possit in sal durum, & terram albam Magnesæ Nitri æmulam, sed quod ex hoc Magmate cum urinosis perfectum sal ammoniacum generetur, istud quidem nemo haecenus, quantum sciam advertit, & non incommodum foret hoc experimentum cum variis urinosis ulterius persequi, ne cogeremus sal hoc ex Ægypto semper petere, cum hac ratione utique & hic locorum facile parari possit, dum muria hæc, tamquam inutilis in salinariis abjicitur,

tur, nec ejusmodi concreta, quæ sale urinoso scatent, ubique deficient. Auguror proinde in locis ægyptiis, forte iti dem ejusmodi muriam ab exsiccatione, vel depuratione salis marini residuam ab incolis ad ejus fabricam adhiberi, ejusque rationem ab iis vel occultari, vel prout Mechanicis solempne est, ignorari & pro puro simplici sale æstimari. Hæc ille) nulli dubium est, sal ammoniacum ex alkali volatili, sale communi, & vitriolo martis constare; nunquid igitur Ægyptiorum normam assequi possemus? nunquid ossa, cornua, unguis, ceu alcalinis abundantia in unum cogere, his sale, vitriolum martis, fuliginem ex combustis animalium excrementis miscere? macerare, crystallysare? hoc tentamen sal etiam Ebshameuse præberet, quia acidum vitrioli, terræ salis se admiscens in sui crystallisatione sal dictum exhibit, pars vero metallica vitrioli subsidit, ut adeo & ferri & salis amari facta præparatione omnes expensæ, ammoniaci gratia factæ exæquentur.

Vide Comment: Acad: Götting.





## P A R S V I.

### De Terris, & Lapidibus.



**L**Apides voco corpora, quæ in aqua non solvuntur, sub malleo deduci nequeunt, in igne autem vel in vitrum vel calcem abeunt, vel firmissima consistunt. Quando visibles, palpabiles, sed admodum parvi lapilli coacervantur, Arenam, Sabulum, Glaream constituant. Si vero minimis, impalpabilibus particulis prædicti parum inter se cohærent, & licet concreti, per aquam tamen adsuam emolliri in pastam tenuem possint, dicuntur Terræ.

Terras itaque & lapides connecto, quod illæ horum bases sint, & in quinque classes dispesco systema Joannis Henrici Jusii secutus, cuius rationes §. 371. adductæ ordinem hunc mihi suferunt.

serunt. In prima igitur de pretiosis, in secunda de minus pretiosis, in Tertia de Apyris lapidibus, & Terris, in quarta de Alkaliniis seu Calcariis, in quinta de Vitrescentibus seu Siliceis, denique de Petrefactis agam, si quem ita fortuna beaverit, ut physicos causa suscepis itineribus totam Transilvaniam peragrare possit, indici lapidum quem subnecto, comperta felicia jungere non reculet.

### §. I.

## De Lapidibus Pretiosis.

**O**MNE Lapidum pretium venit a duritate, gravitate, pelluciditate. Omnem lapidem, qui Silex vulgi non est, & dia-phanus sit, percussusque chalybe scintillet, suspectum habeas, sunt tamen inter pretiosos, aliqui non diaphani.

Adamus genuinus, aquæ purissime æmulus est, is melior, qui aliis gravior, duriorque. Ad fines Transilvaniæ cum primis in Marmatia vulgarissimi sunt adamantes quorum aliqui orientalibus non sunt inferiores, Bohemicis vero duriores omnino, hos agricolæ cum suis arant agros, aut quando a deciduis umbribus evoluti ad solis radios amœne scintillant legunt copiose.

Rubinus duritie, gravitate adamantis preceps, ru-ber, & pellucidus est. Hunc in Transilvania dari nescio, in Hungaria vidi mineram cui complures erant adnati Rubinii, antiqui diversas Rubinorum species Carbunculos, Anthraces, Pyropos vocabant.

Grana*i* sunt quidem minus pellucidi , fed quia rariores aliqui luce sua Rubinum , duritie Ametistum æmulantur , huic eos classi adounero. Optimi quique a Rubinis differunt , quia igne nostro liquefiunt vel immunito colore. Speculo caustico ustorum granatorum pulvis Magneti adhæret non sine manifesto indicio particularum ferri ; contritorum pulvis stanni etiam , plumbique ramenta continet. In terra Fogaraſch secundo Aluta granatos minus pellucidos facile invenies , copiosioribus , purioribusque granatulis iugis rarus Szombat-falva , qua in Alutam influit.

Saphyrus pellucidus cæruleo illo , quem cælestem vocamus , colore tatur , duritie sua Rubino similis est.

Smaragdus pellucidus saturo viridi colore coruscat , si vernalis , & punctis variis intermixtus sit , imaragdites audit.

Ametistus pellucidus purpurei coloris est. Non solum in Bohemia , & Saxonia , sed etiam in Transilvania dari Ametistos dilutiores , lineamentis iridi similibus discriminatos , certum est , siquidem similissimum . ad viciniam fodinarum Zalathoæ repertum D. MEDVED auri-fodinarum , ut ajuat Huttmantius mihi donec tulerat.

Topasius pellucidus , flavo aureum , vel potius vini æmulum colorem præferset.

Chrysolitus pellucidus , aurei coloris , differt a Topasio , quod durior , nec ita dilutum flavum , sed auri æmulum colorem præferat si tamen viridi mœscatur , Chry'opras , sive Marino similis , Berillus audit. Berrillus autem pellucidus vocatur Aquamarin.

Turkoides cæruleo virides, non dyaphanos, sententia quorundam e dentibus animalium petrefactis generari statuit, sed ratio his non est alia, ac alveola partium interiorum figura, quid si ex eadem ratione & fragmentorum convexitate Turkoidem dicerem esse Malachiten purissimum, ubi enim in cisternis, Vallis-Dominorum, in Ungaria Chrysocollum colligunt, ista hemisphaeriarum instar compaginari solet, eadem uique effervescentia, quæ Chrysocolla hanc adstruit figuram, Turkoidi dabit, sicutem Malachites Banatus Temesienensis figura simul & colore Turkoidem simulatur.

Opalus, Iris veterum, semi-diaphanus lapis est, dignior ille, qui perfectius iridem imitatur, qui autem flavo magis colore interstinguitur, oculus Catti, vel lapis Elementi audit. Opalos in Hungaria ad Libanka non sine gaucio leges, in Peklin ad Cassoviam sodinam opalorum idcirco admirare, quod huic similem nupsiam, ac in Regno Mogolis extare, memoria proactum sit.

Hyacinthi succinei coloris, ut plurimum defœcato melli assimilantur.

## §. II.

### Minus Pretiosi,

**A**DIVERSA duritie, gravitate, vel diaphaneitate diversum lapidibus pretium constituednm est. Lapidés pretiosos durissima dixi corpora, horum illico seriem excipiunt crystalli duræ, ægerrime liquabiles, fluores sic dicti. Crystallorum geneses, phœnomena enucleare vetat opulculi brevitas, illa sententia suis

non

non caret fundamentis, quæ omnes crystallos initio ait fluidas  
suisse, unde enim varia his, eaque heterogenea includi corpo-  
ra opinabimur? mihi fuit crystallus, quæ in fui medio triangulo  
Isosceles effigians, guttam aquam spatio æquicruri car-  
ceris circumagebat, majore tamen dignum admiratione censeo  
lapillum illum in finibus Transilvaniæ Maromarosiensi provinciæ  
adsitis repertum, adamantibusque ejus provinciæ simillimum, e  
cujus medio venua aurea elegantissima promicabat, hunc annulo  
inclusum & assubre circumvestitum exhibuit mihi D. de GAU-  
STER impensarum Regiarum præsidiis numeratarum curator toler-  
tissimus. Alii crystallos referunt, festucis, paleis, herbis,  
antimonii striis factas. Fuerunt inquit Boerhave ( qui scripsere  
inter Principes chemicos, quod aqua senum increcente fri-  
gore constricta, densata, ponderosior redditæ, tandem in ve-  
ram crystallum montanam transiret, quin, id narrant audacter in  
montibus Helvetiorum Glacialibus ad plagas hornm boreales, ubi  
regelascens nunquam per sæcula glacies ita transformari dicitur )  
quæ sententia peritioribus alioqui displicet, uti autem variæ sunt  
crystalli, salinoæ nimirum, in aqua solubiles, lapideæ, pel-  
lucidæ, in igne non fumantes, sulphureæ, & arsenicales, quæ in  
igne dant fumum olentem, Metallicæ uti Argenteæ &c: quæ in  
igne funduntur, ita diversæ his respondere deberent commen-  
tationes. Quod ad propositum meum, & crystallos lapide-  
as adtinet Cl: Köhler crystallorum harum generationem defini-  
vit sapientissime, atque ita differit: Salia omnis chry stallisatio-  
nis causam esse, & hæc soluta agere, crystallos itaque in flui-  
do natas esse, a quartzo, & spato figura tantum differre,  
quæ natro, aut nitro semper similis est; chry stallos igitur la-

pides esse per salia compositos. Confirmant hæc, ait idem Vir Cl: Matrix, locus, color, pelluciditas crystallorum. *Matrix*: flores enim crystallini spatosi in montibus calcareis marmoreis, quartzosi autem in saxis, petrisque generantur. *Locus*: siquidem in montibus metallo fætis crystallus fere semper est pyrita, si vero metallis careat mons, crystallus est spatosa. *Calor*: omnis in regno lapideo a metallis suam dicit originem. *Pelluciditas*: Quum salia, mediante aqua, simplicissimas particulas terrestres crystallifare possint, si a metallico quodam succo, vitriolo vel sulphure non sunt saturatae crystalli, pelluciditatem fortiuncur. *Duritie*: ipsa a Salibus dependere videtur, cum spatum ferro imprægnatum, & tuctum, vulgo *Feldt-spat* dictum, semper spato puro durius sit. Id exploratum esto, uti variis coloribus, duritie, vel pelluciditate discriminantur, ita pretiosos imitatæ lapides, diversis nominibus insigniuntur.

*Carneolus*, ruber, semi-diaphanus, si ad carneum colorem accedat, *Sardus*, si flavo rufus, *Lyncur* dicitur; saepè albancibus vennolis interstinctus est, quales in Ungaria ad Cremnicum copiosos legi. *Sardorum* non pauca indicia in Vörös-patak ad Abrud-bányam inter Achates, quorum hic est multitudo, deprehendi.

Achates semi-diaphanus diversa nomina sortitur, uti variis lapidibus sua colorum diversitate assimilarur. Sunt enim hæmochates, leuchachates, Sardachates, Ispachates, saepè multi curiositatem in colligendis cimeliis luere coacti sunt, quando grindi eris pretio coemerunt Achates, in quibus venulæ, vel stigmata curiosum aliquid effigiarunt, similia aquis metallicis, atque induci possunt.

Chal-

Chalcedonius semi-diaphanus lacteo colore se se commendet, nisi inter montis Vakka rupes, qua Kóros-bányam via dicit, inglorius delitesceret.

Onyx est Achates nigris, vel albicantibus intersticiis distinctus, hujus copiam habes Claudiopoli subitus aggesta, qua via Tordam porrigitur. Antiqui nigrum omni parte dilucidum & albis interspersum punctis, celebrant.

Sardonix tanquam e Carneolo & Chalcedonio coaliisset; vel albo-flavis, vel rubro albis linctamentis conspicuus est.

Lapis Lazuli cæruleus, aureis sæpe fibris dives est, si vero rubris tantum maculis discriminetur, Armenius audit.

Malachites viridis, in cupri fodinis non est infrequens, ut pluriuum ovalis est figuræ, nunc prope Dévam in neo-inventa cupri fodina copiosus adest.

Jaspis a Corneo Lapide sua puritate distinguitur, si venulæ Jaspidis sint diaphanæ, & chalcedone mixtæ Jasponix nuncupatur, viridis, rubris maculis mixtus præplacet. (f)

M 2

§. III.

(f) Smaragdus, Topasius, Amethystus, Granatus, Hyacinthus, Berillus Lima Anglica limari possunt, Saphirus, & Topasius, in igne colorem amittunt, facilius autem reliquis in igne colliquabuntur Granati, Amethystus, Hyacinthus, & Berillus.

## §. III.

## A p y r i.

**A** Pyri sunt, qui validissimo igni (non intelligo solarem) resistunt. Huc referuntur: *Creta pura*, nec sub ipsis speculis causticis mutationi obnoxia. *Marga*, quæ forte Creta impura est, sed in aere libero in pulverem dehiscit, coloris grisei aut flavi. *Asbestus Amianthus* cuius in vicinis Claudiopoli agrestis undique copia exuberat. *Talcum* e squammulis coacervatus lapis est, ad tactum saponaceus, tenax, mollis. *Mo-lybdæna* seu *Cerussa nigra*. *Mica* splendens & nitida, colore nigro & dicitur *sterile nigrum*: colore etiam aureo, argenteoque se commendat, nec igne tamen, nec aqua domabilis. *Pel-licidior*, nitidior ejus species ex amplis laminis fissilibus, semi-*flexibilibus* contexta dicitur *Selenites*, *Glacies Marie*.

## §. IV.

## Calcarii seu Alkalini.

**A** Lkalinas Terras, Lapidesque illa corpora dicimus, quæ, sicuti *Calcaria*, cum acidis effervescent, in iisdem dissolvuntur, & igne usta in calcem abeunt. Horum maxima est utilitas, quod mineralium, quæ fusioni resistunt, liuationem, si iis misceantur, accelerent; istud bene advertant *Toroczkenses*, qui alioqui cæduom lignum desiderant copiosius. Quid quod alkalinae terræ in furnis docymasticis tum maxime adhiberi deberent, quando metalla nimium volatilia sunt. Inter Alkalinos lapides venit *Marmor* quod purum, si chalybe percutiatur,

nusquam scintillat. Marmora elegantiam a venuulis, colore, politura defumunt; rarissimum est Marmor caruleum. Plaga Toroczkensis, aliisque, marmora Achatum æmula suppeditant. *Tophus* fistulosus etiam alkalinus est, hujus copia in Provincia V-Hunyad affuit, posset ad accelerandas liuationes ustrinarum ejus provinciaz adhiberi, & ex antro incolis notissimo *Runk* dicto abundantanter egeri, malim tamen hujus antri lapides stalactites nuncupare, propter æmulam marmori duritiem. *Stalactites*, hunc subministrat provinciola Talmâts Valachiaæ contermina; qua semita ad vicum Porcsed tendit, specus est, qui post angustum iui aditum, ubi in prolixius usque spatum extenditur, undique stalactite consitus est, hoc incolæ ad multiplicandum lac utuntur; Mulieres aquam per fistulum stalactitem forbillant, sed animanibus tominis aquæ mixtum præbent, nec unquam desiderato effici fruantur. Ifiam natura medelam docuit incolas: hic enim stalactites friabilis uberum instar concrecit, idem stalactites uberum instar concretus, e specu montis Stracha, qui ad pastrum Vulkan in ingeorem hiatum discedit, ab accolis eundem ob finem legitur. Ferunt etiam Homorod-Almaschinum in Sede Udvârhely adnexam habere petram, & in ejus subterranea claustra patere ingressum miro naturæ artificio, in fornices, celasque distributum, stalactitibusque constitum. His similia antra, specusque singulæ provinciaz, ut sunt in Tordensi Torda-Hasadék, aliisque ostentant; illud vero, quod ad confinia Valachiaæ, & montem Königstein in prominentem petram hiat, id præterea singulare habet, quod dum anno superiore commissarii Daciam lustraret *Excellentissimus Comes ANDRAES ab HADIK*, Magoæ Crucis Insignis Ordinis Militaris Regio-Theresiani Eques. SS. CC. & A. R. Majestatum Actualis Intimus Sta-

tus Consiliarius, Generalis Equitatus, Unius Inclytæ Legionis Hungaricæ, Equestris Ordinis Tribunus, Excelisque Gubernialis Consilii M. P. Transilvaniæ Præses, & Supremus C. R Armorum Præfектus P. Budensis Gubernator, suum, suorumqee Comitum nomina super laminam stanneam sculpta, antri parietinis, ceu mnemosinon per vestigati a se antri, appendit.

Alkalinarum etiam nomine veniunt diversissimæ *Cretarum* species, *Margæ* argillaceæ, ochraceæque, *Lac Lunæ*, seu Agaricus mineralis, & illæ terræ, in quorum stratis diversissimæ Conhiliorum species reperiuntur, quas passim, & imprimis in Montibus Kalatatzeg, Meszes, &c: reperies. Gypseos lapides, terrasque his ad numero ex rationibus apud eundem Henricum Justi allatis, hi ex alabastro generantur, quod injuriis aeris destructum est. Ex Gypso, calce, caseo molli bene subactis ad lapides coadunandos, vel quidvis aliud uniendum, validissimur gluentes conficies, casei loco vernice uti poteris. Gypso aqua subacta veteres ad obturanda vasorum orificia usos fuisse Pausanias initio libri 10, & Arbitr̃ in satyra ita referuot: statim inquit allatae sunt amphoræ vitreæ diligenter gypsatæ, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo: *Falerium Opimianum annorum centum*. Alabastri semi-diaphani, candidi, variegatique ubertas maxima præsto est in plaga Tordensi, item in Comitatu Colosiensi, aliisque, cuius cremandi, & cretæ loco adhibendi methodum statui milites docent incolas, Elegansissima, usui quotidiano accomoda instrumenta ex alabastro efficta, Claudiopoli cernere, rarum non est. Huc referuntur diversæ spathorum species, quæ igne mollescunt, & in pulveres rediguntur, sed humorem difficilius imbibunt, ac alii lapides cal-

calcarii. Duplex tamen spathum distinguendum est, aliud quod cum acidis effervescit, aliud gravissimum, quod omni effervescentia reficit.

### § V.

## Vitrecentes.

**V**itrecentes terras, lapidesque cum salibus Alkanis fixis in vitrum abire, certum est. Ad Diaphaneitatem inclinare, & in acidis non solvi. Classi huic adsumero silices, Quarzum (Quarzum, silicem duritie, pelluciditateque superat) *Stiftum*, Serpentarium lapidem, Pumicem, hunc omni exceptione meliorem uppeditat mons Bálvanyos in Három-szék. *Rubricam*, quæ cum alibi, tum in Comitatu V-Hunyad copiosa visitur pone oppidum Illye. *Margas*, & arenas, e quibus cotes generantur. *Terram Tripolitanam* quæ, cum mediocri igne torretur in durissimum adeo lapidem consistit, ut etiam scintillas chalybe percussus præbeat, in valido autem igne vitrificationis indicia præbet non exigua, terra hæc ad arcem Déva, & colles Claudia eos exuberat.

### §. VI.

## Petrefacta.

**P**Etrefactorum classes iis discriminandas relinquo, quibus plus otii adfluit, contentus explorata scribere. Zoolitha, Ostreocodermata, cochlites, diversissima, copiosissimaque in Kalataszeg, Valko, Kis-kapus passim eruuntur. Ea parte, qua montes Kis-kapus Familiæ *Kornis* (g) parent, naturæ phæno-

(g) In Ecclesia Pornbensi Ducatus Opavien: hoc Epitaphium visitur. Hic Adami Kornicij Comitis sunt ossa pii, a Russis qui ortum duxit, tem-

menorum avidis arriderent maxime , præter enim metalla , quæ  
singu suo complectuntur , & innumeras infinitorum Conchyliorum  
species , illa etiam conchylia ostentant , quæ totam equi ungu-  
lam tam scite effigiant , ut nec ulla posset ars melius efformare.  
Inter Ich-yolitha , capita sturionis , & stellionis videram , hujus  
cumprimitis eleganter petrefactum e fluvio Cerna extractum , ad  
me delatum est anno superiore. Phytholita , & lythoxyla sunt  
mihi in domestico museo , ligna in Zalathoenium fodinis petre-  
facta , utpore nimium friabilia polituram non patiuntur. E la-  
tomia Coronensium , Pinus in egerima petrefacta eruta est , cuius  
radices apud Med. Doct. Steph : Clostum etiamorum supersunt.  
Coronam prætergredi insalutato M. ac S. D. de MATTHEI Tri-  
cepsmarum Transilvaniæ Inspectore piaculo ducerem , grates Tibi  
Vir optime , quas possum habeo , quod de multis in rem meam  
facientibus certiorem feceris , si porro id præstite is , forte  
adjiciam animum ad alium tomulum elucubrandum. Pisa , Len-  
tes , petrefacta videre , vulgare jam est. Ex Eographis ille sui  
laudem tulit , quem ubi casu diffregimus , elegantissimas &  
versæ magnitudinis cyprescos effigias exhibuit. Ad Lythoglypho-  
rum classem pertinuerunt lapides Aquillares , inclusis aqua terra , vel la-  
pide Ætite foeti: Quorū referam lapides Transilvaniæ numu-  
larios , eosque copiosissimos ? ad cochlites trubinatos referunt  
aliqui , sed istud paucioribus adstruunt momentis , quā ut si-  
dem mereatur.

## P A R S

plum hoc devote struxit , trecentis annis most mille , e vivis decepsit ille. Item  
Albertus Stropa in Chronica sua de Georgio Kornic ad An. 1343. Dux  
de Zegan territorium Regni Polonia & Civitates Ciniawa , Uscbow a temporis-  
bus multis occupatum tenebat , quibus receptis Casimirus Rex Georgi m Korn-  
nic præfecit , qui ita fidelis Regi fuit , ut nisi compotus cum hoste rebus inde



## P A R S VII.

### De Aquis.

A Quarum aliæ Communes, singulares aliæ sunt. Communes suam ex aere, vel terræ visceribus ducunt originem, quæ aeri suum debent ortum sunt Ros, pluvia, Grando, Nix. Quæ e terræ visceribus erumpunt, dicuntur Fluvii, fontes, Lacus. Singularium nomine veniunt minerales, vel frigidæ, vel calidæ; frigidæ a fapore, uti acidulæ, vel a corporum heterogeneorum ipsas constituentium compositione, subalternas, easque pro varietate corporum diversissimas in species subdividi possunt, sed ab effectu, quem in humano producunt corpore, Soteriæ audiunt. Hoc Systema ad propositum mihi scopum sufficit.

M 5

§. I.

revocatione cessavit. Hæc Familia ob insignia merita An. 1393 in Ungaria copiosis Ponis ornata inclaruit. Nunc spem columenque Dacie MICHAELM boni omnes praedicant.

## §. I.

## De Fluviis.

**T**RANSILVANIA fluviorum, quibus interluitur, ipsa parens, vix ullum aliunde recipit, sed omnium fontes domi suæ numerat. *Marusius* Herodoto Mari, aliis Meriscus, vetus Salis portitor, profuit ex latere occidentali montis Tarkó, inter alpes quæ Moldaviam Transilvaniæ jungunt, labitur ab oriente in occidentem Taploczam usque, tum sub extremo Transilvaniæ septentrione, quidquid Gyergyó audit, flexu suo in Meridiem complectitur. Admisso dein fluvio Görgény, & collectis Aranyos, Küköllő & Apulo seu Ampoi amnibus Cianacinum Ungariæ progrediens ad Szegedinum Tibisco miscetur.

Szamusius sive Szamos geminus est, magnus, & parvus, ille proificetur e radicibus alpium super Rodnaviam sitis, sed Moldaviam contingentibus, in ejus margine orienti obverso Zipendorff, Metrsdorff, Terpen, in margine occiduo soli subiecto recipit rivum ab aurariis Radnensisibus decurrentem; infra confluentem Szami majoris & Schajonis, ( qui fontem habet in Carpato Moldaviae Sedis Bisztricz ) inter pagum Valachicum Margita, & Oppidum Deés, major Szamos minori conjungitur. Fundunt vero minorem Szamos montes Gyaluenses, in radice alpis Kalata Comitatus Kolosiensis exortus manat a sole occumbente ad nascientem, tum in Boream flexus Zatmar Ungariæ adluit.

Alutam Tarkó mons aquarum fœcundissimus e latere meridiano profundit, hic recto fere cursu rigat agrum Csik per spatium quinque milliarium, tum illabitur Trisedi supra Malnashum

chum, & Medium interfecat, mox in orientem declinans, iteras Fogarasiensium discriminat, & volvitur in Austrum per passum Rubra Turris nuncupatum.

Küköllő major prorumpit in sylvis Zetalakensibus quidem, sed a Zetalaka bene remotis, ab occasu fluit in ortum, conversus in Austrum præterlabitur Zetalakam, apud Villam Beatisimæ Virginis redit in occidentem usque Megyes, ubi rursum deflectit in meridiem.

Küköllő minor fontem habet in monte pagi Parait, infra quem recipit quandam rivulum e monte ultra Villam salinarium eminentem deluentem, alterum sere a fonte fluvii Narad manantem; a Marusiois terminis curvatur in occidentem, dum uterque ad Balás-falvam confluunt, ac se fe in Marusium exonerant.

Narad cum minori Küköllő facit peninsulam longam III. M. passus, latam M. decurrit hic ex monte quodam veteri Ferrariæ subiecto, perfluensque Mikhazam in Marusium ad Nyarad illabitur.

Vargyas Sedi Udvarhely proprius amnis oritur prope montem Hargita super geminas Villas Olá-falva, præterfluit montem Barotum & Mitaciam, deinde in propinquo rivi dispescens Sedem Udvarhely a Trifede decurrens illabitur Alutæ ab Aquilone in Austrum devexo.

Tres Chrysii suum Dacicis jugis debent ortum, atque is, qui Sebes-körös audit, fontem ultra Sebesvarinum naestus, inter præaltas, asperitasque alpes continuatis anfractibus, præceps agitur

agitur, celerrimoque alveo per loca Valachis culta, Telegdinum allambens Magno-Varadinum decurrit, admisso postea usque Kőrős Albi, & Nigri flumine in Tibiscum ad Clougradinum se se exonerat.

Fekete-Kőrős in Biharinis montibus ortus præcipiti Ungariam cursu petit. Albus autem inter alpes ingentibus montis Vulkan jugis contiguas, & Atrug-banyam respeclantes scaturit, tum Kőrős-banyam præterfluens, tandem Gyulam, denique focus Chrysis commixtus in Tibiscum commigrat.

Aranyos diversus a Chrysiis, & geminus est, utrique, majori scilicet, & minori natalem sedem montes Bihar, ea parte quæ Transsilvanorum est, decere, atque ad pedem Alpis Play divisi, super Topan-falvam confluunt, ubi Aranyosium consoluunt, qui in ortum flexus, & Tordam prætergressus Marusium lubit.

Uligino's Lapos inter Maramarusienses & Radnenses alpes scaturit, & arcu Kővár adlapsus, excipiensque rivulos, unum e Kapnik-bánya, monteque Guttone manantem, alterum Felső-Bánya defuentem Szassarum, rivo denique milzio increvens samum petit.

Cserna, priscis Abistus, oritur in Kornu Ruska: loco sic dicto, & Vajda-Hunyadino diei intervallo distante. Rivi hujus provinciæ id habent nulla dignum laude, quod a varietate locorum quæ præterfluant, variis etiam nominibus insigniantur. Rivi Gousdia, Pestis, Zalasd, fluvium Cserna ingressi bene augent.

Bozza ortum suum debet jugis Valachicis orientem respiciens, quatuor aliis Bozza minore, Strimba, Coblen, Krasna cumulate auctus in Valachiam egreditur.

Rouu mare, seu Veidenbach ex latere septentrionali alpis Buczez in districtu Barcensi. Porta vero ex ejusdem alpis latere occidentali egrediuntur. Ture seu Tórcs alpi Klabuseth, Zernest autem alpi Piatra-krajuli sua debent incunabula. Consulto prætereo sexcentos alios, quod vel ignobiliores sint, vel in singulorum originem inquirere non licuerit.

### §. II.

## De Aquis Mineralibus.

**Q**uoniam mineralium aquarum copia per omnem Transsilvaniam scaturit, amor boni publici me stimulat, ut methodum aliquan accurati examinis aquarum proponam, hanc itaque datus insisto Clarissimorum & Doctissimorum Hoffmanni & Vallerii Hydrologorum commentariis, quædam pro operis instituto minuens, addens, dispartiens.

